105.—Si vero redditus et obventiones non sufficiant ad sustentationem sufficientis numeri alumnorum in Seminario parvo, totis viribus occurrendum erit huic haud levi incommodo: interim tamen tolerari poterit ut nonnullis etiam externis alumnis praefati Seminarii parvi accessus pateat: quo in casu curabit Episcopus ut aditus istorum externorum sit ipsis proprius a principali diversus, et quo tempore in Seminario externi commorantur ab internis omnino secernantur, contubernio ipsorum proprio designato.

106—Iuxta praescriptum Conc. Trid. (sess. 23, cap. 18, de Ref.) quilibet Episcopus deputationem instituat ad ea quae pertinent ad administrationem bonorum temporalium Seminarii moderanda: quae deputatio constare debebit duobus canonicis et duobus clericis civitatis. Canonicorum unus ab Episcopo, alter a Capitulo est eligendus; clericorum quoque unus ab Episcopo, alter a clero eligi debet.

104.—Todos los alumnos del Seminario mayor serán internos. Igualmente en el colegio menor se admitirán sólo internos.

105.—Si las rentas y obvenciones no bastaren para el sostenimiento de suficiente número de alumnos en el colegio menor, se procurará remediar de cualquiera manera este obstáculo no pequeño: entre tanto puede permitirse también que algunos ingresen á dicho Seminario, en calidad de alumnos externos. En tal caso, cuidará el Obispo de que éstos tengan entrada propia y distinta de la principal, y de que mientras estén en el Seminario, permanezcan enteramente separados de los internos, en el departamento que se les haya asignado.

106.—Según lo prescrito por el Concilio Tridentino (ses. 23, cap. 18, de Ref.) cada Obispo nombrará una comisión (1) para el arreglo de todo lo que se relaciona con la administración de los bienes temporales del Seminario, la cual deberá constar de dos canónigos y de dos clérigos de la ciudad. De los canónigos, uno se ha de elegir por el Obispo y otro por el Cabildo; de los clérigos también uno debe ser nombrado por el Obispo y otro por el clero.

Nota: en México se ha dado el nombre de *Jueces de administración* á los que formaban esa comisión.

107.—Semel ita deputati inamovilitate gaudent; unde nonnisi legitima intercedente causa ab Episcopo poterunt amoveri.

107.—Una vez elegidos así, gozan de inamovilidad; de donde se sigue, que sólo interviniendo causa legítima, podrán ser removidos por el Obispo.

108.—Deputati absentes vel impediti per alios subrogentur; subrogatio vero facienda ab iis, a quibus facta est electio deputati absentis vel impediti (S. C. C. in *Arboren.* 31 Mart. 1855.)

108.—Los diputados ausentes ó impedidos sean substituidos por otros; y tal substitución se hará por aquellos que hicieron la elección del diputado ausente ó impedido. (S. C. del C. in *Arboren.* 31 de Marzo de 1855).

109.—In iis quae pertinent ad administrationem bonorum temporalium Seminarii, licet supradictae deputationis consilio stare Episcopi minime teneantur; ipsam tamen tenentur audire; adeo ut, non auditis deputatis, peracta omni prorsus valore destituantur, si una excipiatur compulsio ad portionem Seminario debitam, cuius facultas ad unum Episcopum spectat. (S. C. C. in *Nullius*, 1595).

109.—Aunque los Obispos no tengan obligación de seguir el parecer de dicha comisión en lo que atañe á la administración de los bienes temporales del Seminario, sin embargo, deben escucharla; por manera que si no se oye á los diputados, la determinación es completamente nula, si se exceptúa el apremio en la pensión que se debe al Seminario, facultad que sólo compete al Obispo. (S. C. del C. in *Nullius*, 1595).

110.—Nihil vetat quominus pro hac deputatione eligatur qui forte ab Episcopo antea fuerit electus pro deputatione, cui vigilantia supra Seminarii disciplinam debet demandari. (S. C. C. in *Buscoducen.*, 21 Iunii 1879.

110.—Puede el Obispo elegir para este encargo á la misma persona designada por él para la comisión de vigilancia en la disciplina del Seminario. (S. C. del C. in *Buscoducen.* 21 de Junio de 1879).

111.—Ad deputatorum munus eligi nequeunt Regulares vel Religiosi votorum simplicium, vel qui ad instar religiosorum vitam agunt communem sub regula ab Apostolica Sede probata, cuiusmodi sunt Patres Oratorii. (S. C. C. in *Auximana*, 15 Iul. 1893.)

111.—No pueden ser elegidos diputados los regulares ó religiosos de votos simples, ó los que á manera de religiosos viven en comunidad bajo regla aprobada por la Sede Apostólica, por ejemplo, los Padres del Oratorio. (S. C. del Conc. in *Auximana*, 15 de Julio de 1893).

112.—Moderatores et officiales Seminarii ad deputatos eligi minime decet: nemo enim iudex in causa propria. Ast si clerus in civitate deficiat, ad tempus eligi poterunt etiam officiales Seminarii, saltem ubi Seminarii bonorum temporalium administratio ipsis minime sit commissa. (S. C. C. in *Cantonis Ticini* seu *Luganen.* 20 Ian. 1893).

112.—No conviene que los superiores y empleados del Seminario sean electos diputados; porque ninguno es juez en propia causa. Mas si hubiere falta de clero en la ciudad podrán provisionalmente ser nombrados también los empleados del Seminario, al menos cuando no se les ha encomendado la administración de los bienes temporales. (S. C. del C. in *Cantonis Ticini* seu *Luganen.* 20 de Enero de 1893).

113.—Quum difficulter posset totus clerus Dioeceseos ad deputatos eligendos convenire, electio deputati de clero civitatis fiat ab ipso clero urbano.

113.—Siendo difícil que pueda reunirse todo el clero de la diócesis para elegir sus diputados, haráse la elección del diputado del clero de la ciudad por el clero de la misma.

114.—Quod si cleri copia in urbe deficiat, poterit, ad tempus iisdemque perdurantibus rerum adiunctis, electio etiam per schedas committi Vicariis Foraneis, tanquam cleri dioecesani repraesentantibus. (S. C. C. in *Cantonis Ticini* seu *Luganen.* 20 Ian. 1893).

114.—Y si en ella escasea el clero, entonces y mientras duren las mismas circunstancias, podrá confiarse la elección por medio de cédulas á los Vicarios foráneos, como representantes del clero diocesano. (S. C. del C. in *Cantonis Ticini* seu *Luganen.* 20 de Enero de 1893).

115.—In electione deputati de clero civitatis ab ipso clero, canonici ad suffragium ferendum una cum clero non sunt admittendi.

115.—En la elección que el clero de la ciudad haga de su propio diputado, no sean admitidos los canónigos á la votación.

116.—Cum ex praescripto Concilii Tridentini (sess. 23, cap. 18, de Ref.) constet, rationes reddituum Seminarii Episcopum annis singulis accipere debere *praesentibus duobus a capitulo et totidem a clero civitatis deputatis;* praeter dictam deputationem, et alia ab Episcopo singulis

116.—Constando por decreto del Concilio Tridentino (ses. 23, cap. 18, de Ref.) que al Obispo debe rendírsele anualmente cuenta de las rentas del Seminario *en presencia de cuatro diputados, dos por el Cabildo y dos por el clero de la ciudad;* además de la anterior comisión debe el Obispo

annis adhiberi deberet ad reddituum Seminarii rationem accipiendam. Haec autem deputatio constare debebit duobus canonicis, electis a Capitulo, et duobus clericis civitatis, ad hoc etiam a clero pariter deputatis. Ast ubi neque canonicorum, neque clericorum copia sufficiens habetur, deputatio pro bonorum temporalium administratione huius alterius deputationis una cum Episcopo munus adimpleat.

117.—In revisione tamen et solidatione computorum, Episcopus deputatorum consilium audire quidem tenetur, non tamen sequi. (S. C. C. in *Fundana*. 26 Mart. 1689).

118.—Sicubi Capitulum Ecclesiae Cathedralis minime sit erectum, administrationi Seminarii «providendum per deputatio- «nem graviorum et seniorum de «clero, loco deficientium capitu- «larium, ad formam in reliquis «S. Concilii Tridentini.» (S. C. C. in *Pinhelen*. 15 Ian. 1791.) — (Denique prae oculis habeatur Instructio S. C. Concilii ad Episcopos Americae Meridionalis, 15 Martii 1897) (1).

CAPUT. III.—*De disciplina in Seminariis servanda.*

119.—Ea est ecclesiasticae disciplinae consuetudo, ut ubi aliqua multorum capitum commu-

1. V. App. n. 5.

servirse de otra, cada año, para enterarse de las cuentas del Seminario, la cual constará de dos canónigos electos por el Obispo y de dos clérigos de la ciudad nombrados al efecto por el clero. Pero donde no haya suficiente número de canónigos y de clérigos, la comisión encargada de administrar los bienes temporales cumplirá, en unión del Obispo, los deberes de la segunda.

117.—Mas en la revisión y corte de las cuentas, el Obispo está obligado á oir el parecer de los diputados, aunque no á seguirlo. (S. C. del C. in *Fundana*. 26 de Marzo de 1689).

118.—Donde aun no se haya erigido el Cabildo de la Iglesia Catedral, «se proveerá á la ad- «ministración del Seminario por «medio de una diputación de los «más respetables y ancianos del «clero, en lugar de los capitula- «res, sujetándose en lo demás al «Concilio Tridentino.» (S. C. del C. in *Pinhelen*. 15 de Enero de 1791). (Finalmente, téngase presente la Instrucción de la S. C. del C. á los Obispos de la América del Sur. 15 de Marzo de 1897).

CAP. III.—*De la disciplina que ha de observarse en los Seminarios.*

119.—Se acostumbra en la disciplina eclesiástica, que donde existe una comunidad de muchas personas, se forme un cuerpo de

nitas coalescit, ibi peculiarium constitutionum corpus redigatur, ac perpetuo servandum demandetur. Hinc huius Ecclesiasticae Provinciae Seminaria habeant suas leges et constitutiones ad normam dicendorum condendas vel reformandas, quibus alumni in scientiae et sanctitatis Christi ministri congruae assecutionem dirigantur.

120.—Sic autem statutis legibus pro Seminariis, invigilent sedulo Episcopi ut adamussim observentur. Hunc in finem saepius per annum Seminarium invisent.

121.—Potissima autem cura Episcoporum in condendis Seminariorum legibus haec debet esse, ad alumnos praeprimis in honestate effingendos, in excolendis virtutibus, in sincero pietatis studio fovendo corroborandoque: nisi enim vitiorum labe eorum animi penitus expurgentur, et virtutibus paulatim acquisitis fulciantur, haud digni evadent Christi ministri: ipsi enim virtutum omnium exemplaria, quae fideles imitentur, esse debent. Sed quia fideles etiam edocere debent, oportet ut pietatem ac sanctimoniam apta scientia comitetur; hoc enim sacerdotalis dignitatis perfectio exigit, secundum S. Bernardi (Serm. in Nativit. S. Ioannis) effatum: « Tantum lucere, vanum; tantum ardere, parum; lucere et ardere, perfectum. » Igitur ut Seminariorum alumni, qui

constituciones propias y se exija su constante cumplimiento. En consecuencia, los Seminarios de esta Provincia Eclesiástica, tendrán sus leyes y constituciones, que se harán ó se reformarán, según lo que se va á exponer, por las que se dirijan los alumnos á conseguir la ciencia y santidad que conviene al ministro de Jesucristo.

120.—Formados así los reglamentos de los Seminarios, cuidarán los Obispos de que se cumplan al pie de la letra. Al efecto, visitarán el Seminario muchas veces al año.

121.—El primer cuidado de los Obispos al formar el reglamento de los Seminarios deberá ser, infundir en los alumnos el decoro, hacer que cultiven las virtudes; fomentar y robustecer el sincero amor á la piedad; pues si sus corazones no se purifican por completo de la mancha de los vicios, y no se revisten gradualmente de las virtudes adquiridas, jamás serán dignos ministros de Jesucristo; porque ellos deben ser el modelo de todas las virtudes que los fieles han de imitar. Y como también tienen que enseñar á los fieles, es necesario que, á la piedad y santidad se adune la debida ciencia; no otra cosa requiere la perfección de la dignidad sacerdotal, según sentencia de S. Bernardo. (Serm. de la Nativ. de S. Juan): « Brillar sólo, es vano; arder sólo, es poco; brillar y arder, es perfec-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in spem Ecclesiae succrescunt, deinde sacerdotali munere rite fungantur et strenui sint fidei christianae adsertores, oportet ut eorum mentes animique sensim sine sensu per aptam vivendi rationem in Seminariis instituantur ac excolantur; sicque eorum animis ad pietatem ac scientiam domesticae disciplinae observantia perpolitis, commendabiles fidelibus imo et extraneis reddentur, Christique Ecclesiae commodo et utilitati erunt.

122.—Moderatores et curatores Seminariorum erunt: Rector, qui cum per se, tum per alios ad singula munera deputatos, Seminarii curam habet: Vice-Rector seu qui immediate curam habet de custodia disciplinae; Vice-Rectoris substitutus seu Minister (qui et Praefecti studiorum munere fungi potest) cuius est famulis invigilare, deque domus supellectili et munditie curam habere; Magister Spiritus, qui rebus ad spiritum et conscientiam pertinentibus praeerit; alumni qui sub nomine praefecti singulis contuberniis a Rectore designatis praesunt, qui Vice-Rectori suberunt, eumque, prout ipse constituerit, per se vel per suum substitutum in disciplinae custodia iuvabunt.

to. » Así pues, para que los alumnos de los Seminarios que ahora son la esperanza de la Iglesia, con el tiempo llenen debidamente sus obligaciones sacerdotales, y sean denodados defensores de la fe cristiana; importa que sus inteligencias y sus corazones insensiblemente se formen y eduquen en el Seminario por medio de un reglamento adecuado; perfeccionadas así sus almas en la piedad y en la ciencia por la observancia de la disciplina doméstica, se harán recomendables, no sólo á los fieles, sino á los enemigos, y serán útiles á la Iglesia de Jesucristo.

122.—Los superiores y prefectos del Seminario serán: el Rector, que por sí, ó por medio de otros destinados á cada oficio, cuida del Seminario; el Vicerector, ó sea el que, atiende inmediatamente á la observancia de la disciplina; el substituto del Vicerector, ó sea el Ministro, (que también puede ser Prefecto de estudios), á quien corresponde vigilar á los criados y cuidar de los muebles y limpieza de la casa; el Padre espiritual, que se encargará de todo lo concerniente al espíritu y á la conciencia; los alumnos que se llaman prefectos, asignados por el Rector, que tienen á su cargo cada sección, y que estarán subordinados al Vicerector y le ayudarán en la guarda de la disciplina, bajo la forma que él mismo ó el Ministro indicaren.

123.—Praeter supradictos deputatos ad moderandam bonorum temporalium Seminarii administrationem, et alios praecipit Conc. Trid. (l. c.) constituendos ad internum Seminarii regimen.

124.—Haec deputatio constare debebit duobus canonicis senioribus et gravioribus ab Ordinario eligendis.

125.—Hi eodem iure ac ceteri deputati inamovilitate gaudent. (S. C. C. in *Salern.* rel. a Bened. XIV de Synod. V, 11).

126.—Horum consilium tenetur Episcopus audire, non autem sequi, in efformandis constitutionibus Seminarii, in electione admittendorum, in electione Rectoris, moderatorum, magistrorum, librorum et confessariorum, in punitione discolorum et expulsione eorumdem; brevi, tam circa institutionem quam circa disciplinam et mores clericorum. (Bened. XIV, l. c.).

127.—Alumni Seminarii tum magni tum parvi etiam vacationum tempore inibi degant, quin illis fas sit ad proprias domos nec vacationum tempore transire. Quod si ob peculiares difficultates haec adhuc perfecte servari non possint, tunc sedulo curandum est ut eis diligentissime invigilent respectivi Vicarii Foranei vel Parochi; eo nempe consilio, ut vitam Semi-

123.—Además de los dichos diputados para arreglar la administración de los bienes temporales del Seminario, manda el Concilio Tridentino (l. c.) que se nombren otros para el régimen interno del Colegio.

124.—Esta comisión se compondrá de dos canónigos de los más ancianos y respetables, que serán elegidos por el Ordinario.

125.—Estos, por la misma razón que los otros, gozan de inamovilidad. (S. C. del C. in *Salern.* cit. por Bened. XIV. de Synod. V, 11.)

126.—El Obispo está obligado á oir el dictamen de estos diputados, aunque no á seguirlo, al formar las constituciones del Seminario, en la elección de los que se hayan de admitir, en el nombramiento de Rector, superiores, maestros, textos y confesores; en el castigo y expulsión de los incorregibles; en una palabra, tanto acerca de la educación, como acerca de la disciplina y costumbres de los clérigos. (Bened. XIV, l. c.)

127.—Los alumnos del Seminario así mayor como menor, permanecerán en él, aun durante el tiempo de vacaciones y no se les permitirá pasarlas en sus propias casas. Si á causa de especiales dificultades no puede todavía realizarse todo esto, entonces se procurará con empeño que los Vicarios foráneos ó los Párrocos respectivos cuiden de ellos con escrupulosidad, para

narii alumno minime dissentaneam semper et ubique servent. Quapropter in Seminario non recipiantur nisi testimonialibus Vicarii Foranei vel Parochi fidem de vitae ratione uti par est exacta fideliter exhibeant.

128.—Die in constitutionibus praesignato, tum ii qui tempore vacationum gravibus de causis, ut supra dictum est, e Seminario exierint, tum novi alumni absque mora in Seminarium conveniant. In primo autem novi alumni ingressu in Seminarium sit ipse per octo dies sub custodia antiquioris spectatissimique alumni, qui eum erudiat de legibus et moribus tum generalibus Seminarii, tum peculiaribus uniuscuiusque contubernii; dein talari veste, prout circumstantiae ferant, etiamsi grammaticae dabit operam, induetur. Quo die autem quis clericali veste sese induet, preces aliquas in sacello Seminarii fundat coram omnibus alumnis, ut a Deo gratiam impetret fructuose vestem illam ferendi, et a Sanctis eiusdem Seminarii Patronis opem et auxilium exoret.

129.—Ad domesticam disciplinam quod attinet, et communem vivendi rationem, ex quibus maxime pendet Seminarii vigor et intenti finis consecutio, omnia in Seminariis aequis legibus regantur et ad praescriptum accu-

que siempre y en todas partes observen una vida que por ningún modo desdiga del alumno del Seminario. Por tanto, no se les recibirá en el Seminario si no prueban con el certificado del Vicario foráneo ó del Párroco, que han observado fielmente la conducta que conviene.

128.—El dia señalado en las constituciones se reunirán sin tardanza en el Seminario los que por causas graves, como antes se dijo, hayan salido en tiempo de vacaciones, y los nuevos alumnos. Cuando un nuevo alumno ingrese al Seminario, se le pondrá durante ocho dias bajo la vigilancia de un alumno más antiguo y recomendable que lo ponga al corriente del reglamento y costumbres, tanto generales del Colegio, como particulares de cada sección. Después, cuando se pueda, aunque apenas estudie gramática, se le vestirá la sotana. El dia que alguno vista por vez primera el hábito clerical, rezará en la capilla y en presencia de todos los alumnos algunas oraciones para implorar de Dios la gracia de portar con mérito ese traje, y para pedir el favor y ayuda de los Santos Patronos del Seminario.

129.—Con respecto á la disciplina doméstica y vida de comunidad de que depende en gran parte la conservación del Seminario, y que se consiga el fin propuesto; en el Colegio todo se regirá por leyes justas y se esta-

rate agatur. Eiusmodi debet esse pro singulis diebus horarum partitio, ut plures quidem sive studiorum labori sive pietatis officiis assignentur horae, nonnullae vero honestae animorum relaxationi et mutuis habendis colloquiis commode tribuantur.

130.—Singulis feriis V, nisi aliud festum in ea hebdomada incidat, scholae prorsus vacabunt. Ad hoc autem ut hisce diebus et aliis feriatis vires corporis alumni possint relaxare, ut sine valetudinis iactura et toto pectore possint in studium incumbere, curent Episcopi totis viribus quamprimum pro Seminariis suis aliquam ruri domum comparare: hoc enim in votis est S. C. Concilii, ut patet ex iteratis eius ad Episcopos rescriptis.

131.—Maioribus feriis, quae per duos menses ruri producuntur, ita tempus terant alumni, ut, suis horis pietatis officiis studiisque tributis ne animus tepescat, reliquum deambulationibus et virium exercitationibus concedatur.

132.—Partitiones horarum pro unoquoque die et pro quolibet tempore diligentissime ac religiosissime ab omnibus serventur. Omni vero tempore quo alumni sive studiis sive pietatis officiis vacabunt silentium ita religiose ab omnibus servari debet, ut signo dato per tintinnabulum omnes sileant, nec am-

rá estrictamente á lo mandado. Tal deberá ser en cada dia la distribución de las horas, que se asignen bastantes así para el estudio, como para los actos de piedad, y oportunamente se dará el debido tiempo para la conversación y honesta recreación.

130.—Los jueves, si no es que haya otra fiesta en la semana, no habrá clases. Mas para que en estos y otros dias de descanso, puedan los alumnos dar expansión á sus fuerzas corporales, para que sin perjuicio de la salud y con todo ahinco se consagren al estudio, harán los Obispos lo posible por adquirir en favor de su Seminario y á la mayor brevedad una casa de campo: así lo desea la S. C. del Concilio, como se ve en su continua correspondencia con los Obispos.

131.—En las vacaciones mayores que durante dos meses se pasan en el campo, los alumnos emplearán el tiempo de manera que dediquen algunas horas á los actos de piedad y al estudio, para que el espíritu no se enfríe; y se dejarán las demás para los paseos y ejercicios corporales.

132.—Todos observarán con la mayor puntualidad y escrupulosidad la distribución de las horas correspondiente á cada dia y á cada tiempo. Siempre que los alumnos estén en estudio ó en actos de piedad, deberán todos guardar tan riguroso silencio, que al toque de la campana todos callarán y no se les permitirá ha-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

plius loqui aut confabulare liceat, nisi tempore recreationi destinato. Praemium autem maximum statuatur donandum in praemiorum distributione ei qui in huiusmodi legum domesticarum custodia et pietate antecellat.

133.—Tria in unoquoque Seminario contubernia statuentur: unum pro theologis, alterum pro philosophis, tertium pro iis, qui humanis litteris et grammaticae latinae dant operam; ita tamen ut divisi alumni in huiusmodi classes loca pro domesticis usibus separata habeant, nec fas sit alumnis cum alterius contubernii ephebis commisceri, nisi in sacrario aut in triclinio. Quae divisio est ad mentem Concilii Tridentini (loc. cit.) cum ait: « hos pueros, Episcopus, in tot classes, quot ei videbitur etc. »

134.—Unicuique ex his contuberniis praesit aliquis ex theologis vel alius bonis moribus et domesticae disciplinae observantia praecellens, qui praefecti munere fungens, Vice-Rectorem adiuvabit in disciplina custodienda. Huic accedet in eius auxilium alius alumnus ad subpraefecti munus obeundum.

135.—Antequam alumni postremo Philosophiae anno finem imponant, re consulta et explorata imprimis coram Deo, tum cum Magistro Spiritus, quisque sine ambage aperiat Rectori proprium animum, num scilicet firmiter statuerit clericalem statum inire: Rector autem professores et praefectos interrogare non omittat, ut de externa agendi ratione externisque qualitatibus alumni pleniorem notitiam habeat.

136.—Sin minus ad Sacros Ordines vocari se sentiant, hoc sciant, sibi e Collegio exeundum statim ac Philosophiae cursum emensi fuerint.

137.—Theologiae auditores, ut ad munus docendi fideles apti evadant, diebus festis catechesis explicationes in diversis urbis ecclesiis bini et melius terni a Rectore mittantur.

138.—Illi, quos in pietate, in doctrina et in functionibus sacris rite expediendis satis profecisse moderatores iudicaverint, ad Sacros Ordines provehentur, animis per exercitia spiritualia de more excultis.

139.—Ad Sacerdotium autem non promovebuntur, nisi qui saltem tribus annis Theologiae dogmaticae et morali operam dederint.

140.—Ea adhiberi debet in litterarum scientiarumque studiis ratio ac industria, quae ita mentem excolat, ut nec nimia defatigatione corporis vires labefactet, nec immoderato ardore pietatis igniculos restinguat.

blar ó conversar sino en el tiempo destinado á la recreación. Se asignará un premio especialísimo que el dia de la distribución se dará al que se distinga por la piedad y observancia de este reglamento.

133.—En cada Seminario se designarán tres departamentos: el primero para los teólogos, el segundo para los filósofos, y el tercero para los cursantes de latín y humanidades; pero de manera que separados los alumnos en estas clases tengan lugares distintos para los usos domésticos, y no se les permita estar juntos más que en la capilla y en el refectorio. Esta separación es conforme á la mente del Concilio Tridentino (lug. cit.) que dice: « el Obispo dividirá á estos jóvenes en tantas clases cuantas le parezca, etc. »

134.—A cada sección de estas presidirá alguno de los teólogos, ú otro que se distinga por sus buenas costumbres y observancia del reglamento, y que en calidad de prefecto ayudará al Vicerector en la guarda de la disciplina. A éste prestará auxilio otro alumno que servirá de subprefecto.

135.—Antes de que los alumnos terminen el último curso de Filosofía, no sin haberlo consultado y examinado primero con Dios y luego con el Padre espiritual, cada uno manifieste con franqueza al Rector su determinación; es decir, si está firmemente resuelto á abrazar el estado eclesiástico. El Rector por su parte no deje de informarse con los profesores y prefectos, para tener un conocimiento más exacto de la conducta y cualidades externas del alumno.

136.—Si no se sienten llamados á las Sagradas Ordenes, tengan entendido que deben abandonar el Colegio luego que hayan terminado el curso de Filosofía.

137.—Para que los estudiantes de Teologia se dispongan convenientemente á enseñar á los fieles, el Rector los enviará en los dias de fiesta, de dos en dos, ó mejor de tres en tres, á los templos de la ciudad, para que hagan la explicación de la doctrina.

138.—Aquellos que á juicio de los superiores hayan adelantado bastante en la virtud, en la ciencia y en la práctica de los santos ritos, sean promovidos á las Sagradas Ordenes, preparándose, como de costumbre, con los ejercicios espirituales.

139.—No serán promovidos al sacerdocio, sino los que hayan estudiado por lo menos tres años de Teología dogmática y moral.

140.—Tal orden y método se empleará en el estudio de las letras y de las ciencias, que cultive el entendimiento de modo, que ni el exceso de fatiga perjudique las fuerzas del cuerpo, ni la aplicación desmedida apague los estímulos de la virtud.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

141.—Diversae autem studiorum classes convenienti tempore absolventur, et debito ordine sese excipient. Litterarum studiis absolutis, quae praeter linguam latinam, graecam, vernaculam et alias indigenas iudicio Episcopi, quidquid ad humanitatis institutionem pertinent, complectuntur, per triennium Philosophiae dabitur opera. Theologia quatuor annis perficietur; intra quod tempus studio Iuris Canonici saltem Institutionum iuvenes vacabunt.

142—Quot vero materias huiusmodi studia complectuntur, in Constitutionibus Pontificiis datis nuper pro Universitate Mexicana habentur.

143.—Volentes autem Sanctae Sedis votis et desideriis obsequi, statuimus ut, in quantum fieri potest, huiusmodi Constitutiones pro studiis regendis vigeant in omnibus Seminariis Ecclesiasticae Provinciae. (Litterae S. Congreg. Studiorum ad Archiep. Mexici, 30 Mart. 1895).

144.—Quia vero non omnes Seminariorum alumni aequali ingenii acumine gaudent, neque ab omnibus iidem fructus vel ob aetatem provectiorem in studiis peractis percipi licet, ideo ii alumni quibus ingenii vires haud suppetunt ad altiora studia, conficient Philosophiae et Theologiae (praemisso tamen humaniorum litterarum regulari studio) curriculum saltem compendiario modo: Philosophiae nempe duobus annis, itemque Theologiae dogmaticae breviori cum Theologia morali tribus saltem annis vacabunt sub speciali professore.

141.—Las diferentes clases de estudios terminarán en el tiempo conveniente y se recibirán en el orden debido. Acabado el estudio de las humanidades, que además del latín, griego, español y otras lenguas indígenas que determine el Obispo, comprende todo lo que corresponde á la educación literaria, se estudiarán tres años de Filosofía. El curso de Teología se hará en cuatro años y en ese tiempo harán los alumnos el estudio del Derecho Canónico, al menos el de sus Instituciones.

142.—El número de materias que comprenden estos estudios, se hallará en las Constituciones Pontificias últimamente dadas á la Universidad Mexicana.

143.—Queriendo secundar los votos y deseos de la Santa Sede, decretamos que en cuanto sea posible, se observe en todos los Seminarios de la Provincia Eclesiástica ese reglamento de estudios. (Carta de la Sagrada Congregación de Estudios al Arzobispo de México, 30 de Marzo de 1895).

144.—Como quiera que no todos los alumnos de los Seminarios tengan igual talento, ni sea posible que todos, aun por su mayor edad, aprovechen lo mismo en los estudios, por esto, los alumnos que carezcan de suficientes aptitudes para estudios más fundamentales, harán los cursos de Filosofía y Teología siquiera sea de modo compendioso, pero después de haber hecho el estudio de humanidades que es de reglamento: es decir, estudiarán dos años de Filosofía y por lo menos tres de Teología dogmática compendiada, junto con la moral, y con profesor especial.

145.—Quoad disciplinas philosophicas theologicasque nonnisi doctrinae Doctoris Angelici eiusque tutissima ac inconcussa dogmata tradantur. Cura autem omnis impendatur, ut aurea eius doctrina, iuxta Encycl. *Aeterni Patris* SSmi. D. N. Leonis XIII, adolescentes imbuantur.

146.—Volumus ut in unoquoque Seminario schola instituatur, tum S. Liturgiae et Computi ecclesiastici, tum Cantus gregoriani; quae omnia accurate discant qui sacerdotium iniant.

147.—Ut professores Seminariorum magis idonei et periti evadant in disciplinis tradendis, curent Episcopi ut, quantum fieri potest, stabiles sint in munere sibi commisso, dummodo eo rite fungantur.

CAPUT. IV.—*De pietate in Seminariis fovenda.*

148.—Sacerdotio initiandi curare maxime debent ut maturius germano pietatis sensu animus imbuatur sine quo morum sanctitatem, sacerdote dignam, ne-

145.—Acerca de las ciencias filosóficas y teológicas, se enseñarán sólo las doctrinas del Angélico Doctor y sus firmísimos é inconcusos principios. Póngase todo empeño en que los jóvenes se penetren de su preciosa doctrina, según la Encíclica *Aeterni Patris*, de Ntro. Smo. Padre el Señor León XIII.

146.—Queremos que en cada Seminario se establezca la clase de Sagrada Liturgia y Cómputo eclesiástico, así como también la de Canto gregoriano; todo lo cual deben saber los que aspiran al sacerdocio.

147.—A fin de que los profesores se hagan más y más aptos y prácticos en la enseñanza de las ciencias, cuidarán los Obispos de que, en cuanto sea posible, sean estables en el cargo que se les ha confiado, si lo desempeñan satisfactoriamente.

CAP. IV.—*Del modo de fomentar la piedad en los Seminarios.*

148.—Los que se han de ordenar de sacerdotes procurarán ante todo que su corazón se forme en el verdadero espíritu de piedad, sin el cual es imposible

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que consequi, nec retinere possunt. Quare constanter vitae sacerdotalis, illis praesertim qui adhuc in Seminario degunt, amor ita inspiretur, ut ab omnibus quae saecularibus magis quadrant, prorsus arceantur.

149.—Quolibet mane, statim ac a somno, signo dato, alacriter se expedierint Seminarii alumni mente Deum cogitent, ore laudent atque invocent precationibus rite probatis.

150.—Preces, matutinas recitent omnes in sacello cum animo intento et corpore bene composito; quibus expletis, per dimidiam saltem horam piae meditationi vacent: deinde Sacrosancto Missae Sacrificio quam devotissime adsistant.

151.—Ante prandium, itemque antequam sese somno tradant, diligenter examinent quid eo temporis vel patrarint vel deliquerint, ut meliora statuant in posterum.

152.—Post prandium et coenam SSmum. Eucharistiae Sacramentum, brevi tempore adoraturi conveniant. A meridie tertiam Rosarii mariani partem in sacello omnes simul pie recitent: deinde per aliquod temporis spatium spirituali lectioni vacent.

153.—Alumni, qui superiorum facultatum scholas frequentant, singulis hebdomadis, alii vero quintodecimo saltem quoque die, sacerdoti peccata sua confitean-

conseguir y conservar la santidad de costumbres que corresponde al sacerdote. Por esto, principalmente á los que moran en el Seminario, se les inspirará tal amor á la vida sacerdotal, que se les substraiga de todo lo que es propio de seglares.

149.—Todas las mañanas, luego que, dada la señal, los seminaristas hayan despertado, pondrán el pensamiento en Dios, le alabarán y le invocarán con escogidas oraciones.

150.—Harán todos el ejercicio matutino en la capilla con recogimiento y compostura exterior; terminado esto, meditarán por lo menos durante media hora; y por fin asistirán con la mayor devoción al Santo Sacrificio de la Misa.

151.—Antes de comer y antes de acostarse examinarán diligentemente lo que han hecho, ó en lo que han faltado durante el dia, para que se propongan la enmienda en lo sucesivo.

152.—Después de la comida y de la cena irán á visitar por breve tiempo al Santísimo Sacramento de la Eucaristía. Pasado el medio dia rezarán todos en la capilla devotamente una tercera parte del Rosario, y en seguida tendrán un rato de lectura espiritual.

153.—Los estudiantes de facultad mayor se confesarán cada semana, y los demás por lo menos cada quince dias. En los mismos dias se acercarán á la sagrada

tur. Ad sacram autem Synaxim iisdem diebus accedant vel etiam frequentius iuxta proprii confessarii consilium.

154.—Sacratissimum Cor Iesu, Sanctissimam Deiparam sub titulo de Guadalupe, in cuius honorem peculiaris sodalitas servatis servandis instituetur, ad normam Primae Primariae, quae Romae invenitur erecta, speciali cultu prosequantur. Non solum enim per id aetatis sed totius vitae cursu, tam benevolam Matrem colere debent omni obsequio, ut potentissimum eius patrocinium obtineant. Sanctos etiam Patronos, praesertim S. Iosephum cui ipsa innocentia Christus Iesus et Virgo Mater commissa fuit, S. Aloisium Gonzaga castimoniae adsertorem et exemplar, S. Thomam Aquinatem discentium ducem, venerentur quam saepissime.

155.—Theologiae auditores sacras interdum e domestico suggestu ad sodales conciones habeant, quas ipsi per se conscripserint, quas quidem concionum promotori a Rectore designato, seu melius professori eloquentiae sacrae praelegendas tradent.

156.—Tempore in Seminarii constitutionibus designando per sex saltem continenter dies, et semel in mense, quoad fieri possit, per integrum diem, spiritualibus exercitiis vel sacro recessui dent operam. Super detinendis alumnis in spiritualibus exer-

Comunión, ó con mayor frecuencia siguiendo el consejo del propio confesor.

154.—Se profesará especial devoción al Sacratísimo Corazón de Jesús y á la Santísima Virgen de Guadalupe, en cuyo honor se fundará con las debidas formalidades una asociación particular conforme á la Prima Primaria que se halla establecida en Roma. No sólo en esta edad, sino durante toda la vida deben honrar con el mayor fervor á tan bondadosa Madre, para obtener su poderosísima mediación. Se encomendarán constantemente á los Santos Patronos, en especial á S. José, á quien se confió la misma inocencia, Jesucristo, y la Virgen Madre; á S. Luis Gonzaga, abogado y modelo de castidad, y á Santo Tomás de Aquino Patrono de los estudiantes.

155.—Los cursantes de Teología de vez en cuando dirigirán á sus compañeros desde el púlpito privado, pláticas que por sí mismos hayan preparado, y que darán á revisar al encargado de asignar los sermones, ó más bien al profesor de elocuencia sagrada.

156.—En el tiempo que señalen las constituciones del Seminario, se harán los ejercicios espirituales durante seis dias consecutivos, y el retiro se hará una vez cada mes, si es posible por todo un dia. En cuanto á que los alumnos deban sujetarse á ejer-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

citiis prae oculis habeatur Constitutio Clementis VIII, *Ea semper fuit*, 23 Ian. 1592.

157.—Valde exoptandum est ut in spiritualibus exercitiis peragendis admirabilis illius libri ratio adoptetur, quem S. Ignatius Loyolensis composuit, Sedis Apostolicae iudicio et omnium utilitate comprobatum. Hoc autem maxime eis inserviet ut methodum discant ea tradendi populo christiano.

158.—Spiritualium exercitiorum tempore et aliquoties per annum, ad alumnorum confessiones extraordinarios confessarios Episcopi Seminario mittere curent, super quod eorum conscientiam oneramus.

Caput V.—*De Moderatoribus ceterisque personis Seminario addictis.*

159.—Rector est proximus et praecipuus Seminarii praesul, cui committitur disciplinare, litterarium oeconomicumque moderamen, et cui auctoritate solummodo praestat Episcopus, cuius vices gerit: qua de causa omnes, tum professores tum alumni, ipsi obedientiam et obsequium praestare debent.

160.—Rector erit praeses omnium coetuum, quos professores celebraverint.

161.—Rectori nihil magis cordi esse debet quam semper excrescens alumnorum Seminariique

cicios espirituales, téngase presente la Constitución de Clemente VIII, *Ea semper fuit*, de 23 de Enero de 1592.

157.—Mucho es de desearse que al practicar los ejercicios espirituales, se adopte el método del admirable libro compuesto por S. Ignacio de Loyola y recomendado por la Sede Apostólica y por la general utilidad. Esto les servirá sobre manera para que aprendan á darlos al pueblo cristiano.

158.—En tiempo de ejercicios espirituales y algunas veces al año, cuidarán los Obispos de enviar al Seminario confesores extraordinarios para las confesiones de los alumnos, sobre lo cual gravamos su conciencia.

Capítulo V.—*De los superiores y demás empleados del Seminario.*

159.—El Rector es el inmediato y principal superior del Seminario, á quien se confía el gobierno disciplinario, literario y económico y á quien en autoridad sólo supera el Obispo cuyas veces hace: razón por la que, así los profesores como los alumnos deben rendirle obediencia y respeto.

160.—El Rector presidirá todas las juntas que celebren los profesores.

161.—Nada deberá estimar más el Rector que el adelanto siempre creciente de los alum-

progressus. Hinc in sui muneris executione sedulo perpendat atque in praxim adducat monita S. Caroli Borromaei (Instit. Sem. P. II, cap. II, de Rectore) aientis: « Illud saepius Rector animo reputet, quam grave suis « humeris onus incumbat, cum « ab eorum, qui in Seminario vivunt, recta institutione totius « dioeceseos reformatio pendeat. « Quapropter, ut qui illius fidei « commissi sunt, eos e Seminario fructus percipiant, quos « Ecclesia Sancta et Trid. Conc. « praecipue sibi proposuit, quam « diligentissime curet, ut in se « ipso eas ad vivum virtutes exprimat, quas in clericis requiret; ita ut qui illi subiecti sunt, « in eo tanquam in speculo expressam videant eius virtutis « imaginem, quae illis omni studio sit effingenda; memineritque, exemplum vivam esse « doctrinam, nec ipsi minus cum « taceat quam cum loquatur, « esse alios ad pietatem incitandos. Divinae in primis gloriae « amplificationem, clericorum in « omni virtute perfectionem « semper ante oculos habeat, et « ad eum finem omnes cogitationes et curas referat. Studeat « ut quae ad spiritualem profectum pertinent, recte atque ordinate administrentur, ut quotidianae et aliae statae exercitationes nisi necessaria de causa non intermittantur. »

nos y del Colegio. Por esto, en el cumplimiento de su obligación medite atentamente y ponga en práctica los consejos de S. Carlos Borromeo (Instit. Sem. P. II. cap. II. de Rectore) que dice: « Reflexione muchas veces el « Rector cuán grave sea la carga que lleva sobre sus hombros; porque de la educación « de aquellos que viven en el Seminario depende la reforma de « toda la Diócesis. Por tanto, para que los que han sido confiados á su vigilancia logren del « Seminario los frutos que se ha « propuesto la Iglesia y en especial el Concilio Tridentino, con « la mayor diligencia procurará « presentar en sí mismo un vivo « ejemplar de las virtudes que « desee hallar en los clérigos; « por manera que sus súbditos « vean en él como en un espejo « representada la imagen de la « virtud que ellos con todo esmero han de copiar; no olvidará « que el ejemplo es una enseñanza viva y que tiene que excitar « á los demás á la virtud no menos con su silencio que con sus « palabras. Su mira sea siempre, « antes que todo, la mayor gloria « de Dios y la perfección de los « clérigos en todo género de virtudes, y á este fin dirigirá todos sus pensamientos y anhelos. Procure que lo que concierne al adelanto espiritual se « ejecute bien y ordenadamente; « que las distribuciones cuotidianas y otras que se hayan esta-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

162.—Communitatis exercitiis ad pietatem spectantibus fidelissime pro viribus adsit. Maxima cura invigilet ut quae in Seminario doceantur, neque à fide orthodoxa, neque à morum severitate, neque ab Ecclesiae sensu et praxi dissonent, ad oculos semper habens ea omnia quae sapientissime a SSmo. D. N. Leone XIII in Encycl. *Aeterni Patris*, praestitutae sunt: curet assidue ut scholaris servetur disciplina, statuta generalia nec non Episcopi mandata, utque professores, officiales et alumni munera sua observantissime adimpleant. De eventibus alicuius momenti, sive prosperis sive adversis, qui in Seminario contingant, certiorem reddat Episcopum. Vel per se vel per studiorum Praefectum, scholares aulas invisitet, ut de methodo qua utuntur magistri, deque discipulorum obsequio, studio, profectu et contentione certior evadat. Prospiciat etiam ut redditus collecti fideliter convenienterque impendantur, et moderationes oeconomicas inducat quae fieri in sumptibus possint, quin iacturam in necessariis afferant.

163.—Vice-Rector ut nomen ipsum indicat, Rectoris vices gerit. Hinc tanta concordia cum ipso procedere curet ut cor unum habere videantur et animam

«blecido no se omitan sino por «causa imprescindible.»

162.—Se esforzará en asistir puntualmente á los actos piadosos de comunidad. Vigilará con el mayor celo para que, lo que se enseñe en el Seminario en nada se aparte de la fe ortodoxa, ni de la pureza de costumbres, ni del sentir y práctica de la Iglesia, sin perder nunca de vista las sapientísimas prescripciones de Ntro. Smo. Padre el Sr. León XIII en su Enciclica *Aeterni Patris*: cuidará constantemente de que se cumpla el reglamento escolar, los decretos generales y aun los mandatos del Obispo: y de que los profesores, prefectos y alumnos den el más estricto cumplimiento á sus deberes. Dé cuenta al Obispo de los sucesos de alguna importancia, asi prósperos como adversos que acontezcan en el Seminario. O por sí, ó por medio del prefecto de estudios, visitará las clases para informarse del método que emplean los maestros, no menos que del respeto, estudio, aprovechamiento y aplicación de los discipulos. Vea también que los fondos reunidos se inviertan fiel y convenientemente, é introduzca en los gastos las economias que puedan hacerse sin perjuicio de lo necesario.

163.—El Vicerector, como su mismo nombre lo indica, hace las veces del Rector. Por esto procure marchar en tal armonia con él, que no parezca sino que

unam. Nihil proinde praecipiat quod ipsius dispositionibus adversetur; quin imo ut quae ipse praescripserit ab omnibus in Seminario serventur enixe curabit.

164. — Rectorem absentem quoad omnia supplere debet, ipsoque etiam praesente, pro bono Seminarii regimine sedulo invigilare debet, ac si ipse unus hac de re Deo rationem esset redditurus. Quaenam tamen in specie sint eius muneris officia, ex singulorum Seminariorum constitutionibus apparebit.

165.—Studiorum praefecti est invigilare, non solum utrum professores constantes sint et assidui in lectionibus tradendis diebus et horis statutis, verum etiam ut scholasticae disciplinae ab ipsis ea methodo exponantur, ordine, perspicuitate et ratione quae par est ut discipuli in studiis certo proficiant.

166.—Hic ut obtineatur finis, quoties ipsi placuerit scholas perlustrabit, ut opportunis interrogationibus de scholari alumnorum progressu certior evadat.

167.—Si quid fortasse deprehenderit emendandum, magna charitate et circumspectione, nunquam vero coram testibus sed privatim professores admoneat; remediaque adhibeat, quae ipsi propria suggesserit experientia; quae omnia si, ut christianum decet, sana intentione

tienen un solo corazón y una sola alma. En consecuencia, no ordenará nada que contrarie sus disposiciones; antes bien, pondrá el mayor cuidado en que todos en el Seminario observen sus mandatos.

164.—En ausencia del Rector debe suplirlo en todo: y aun cuando esté presente, debe velar con ahinco por el buen orden del Seminario, como si él solo tuviera que dar cuenta á Dios sobre este punto. Cuáles sean los especiales oficios de su cargo, se verá por las constituciones de cada Seminario.

165.—Corresponde al prefecto de estudios ver no solamente que los profesores sean constantes y puntuales en dar sus lecciones en los dias y horas señalados, sino también que enseñen las materias científicas con tal método, orden, claridad, y en fin, de tal manera, que los discípulos aprovechen de verdad en los estudios.

166.—A este fin visitará las clases cuantas veces quiera, para que haciendo oportunas preguntas se cerciore del adelanto escolar de los alumnos.

167.—Si acaso encuentra algo que corregir, lo indicará á los profesores con grande caridad y modestia, y nunca delante de otros, sino en particular; y pondrá en práctica los medios que la experiencia le haya sugerido. Si esto, como es propio de un cristiano, se hace con sana in-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fiant, professores non aegre sed libenter animadversiones excipient, omniaque rite procedent.

168.—Quanti sit facienda spiritualis alumnorum directio neminem latet; ideo Episcopi serio perpendant, cuinam viro onus iniungant tirones informandi virtutibus et spiritu ecclesiastico; res enim tanta nonnisi sacerdoti experto, a longo tempore in directione animarum assueto, prudenti, docto et pietate conspicuo fas est committere.

169.—Sub cura magistri spiritus cadit quidquid ad cultum Deo in Seminario exhibendum plenamque animarum directionem spectat. Hinc tam privatim in confessionali quam publice in sacello Seminarii per frequentes exhortationes alumnos ad pietatem impellat, pia exercitia disponat, sacrosque dirigat ritus. Quae statuta Seminarii vel ipse Rector illi commendent circa pietatis vitaeque devotae exercitia, alacri vultu expleat. Nihil tamen immoderato fervore ductus vel iubeat vel agat a superiorum praeceptis absonum, nihil immutare, nihil inducere novi praesumat inconsulto Rectore, quin potius eius sistat mandatis.

tención, los profesores no recibirán mal, sino de buen grado, las advertencias, y todo caminará bien.

168.—A nadie se oculta la grande importancia que debe darse á la dirección espiritual de los alumnos: en tal virtud, piensen los Obispos seriamente en la persona á quien hayan de confiar el cargo de formar á los jóvenes en la virtud y espíritu eclesiástico; pues cosa de tanto momento debe encomendarse sólo á un sacerdote experto, que por largo tiempo se haya ocupado en la dirección de las almas, prudente, docto y notable por su piedad.

169.—Incumbe al padre espiritual todo lo que en el Seminario se refiera al culto divino y á la perfecta dirección de las almas. Por tanto, induzca á los alumnos á la piedad, tanto privadamente en el confesonario, como públicamente en la capilla del Colegio por medio de continuas exhortaciones, ordene piadosos ejercicios y dirija las sagradas ceremonias. Cumpla de buen grado todo lo que los estatutos del Seminario y el Rector mismo, le encomienden acerca de actos piadosos y devotos; nada, empero, mande ni ejecute que sea contrario á las órdenes de los superiores, movido de celo imprudente; ni se atreva á inmutar nada ni á introducir novedad alguna sin anuencia del Rector; por el contrario, se sujetará á sus mandatos.

170.—Praecipuum tamen eius officium in eo est ut eorum, qui in Seminario commorantur, cum charitate et zelo ferventi confessiones excipiat, eosque dirigat qui sub eius ductu et praesidio in via perfectionis velint incedere. Praeter Magistrum Spiritus et alii sint qui in Seminario confessariorum ordinariorum munere fungantur.

171.—Vetitum sit Spiritus Magistro sese ingerendi in disciplinam externam Seminarii: unde hoc munere inhibemus donari eiusdem Seminarii moderatores. Ubi namque contrarium fieret, « ex parte alumnorum valde ti- « mendum foret ne cum animae « suae periculo, eis sui cordis « maculas sordesque detegere re- « formident, *quibus* imperium ac « potestas est sese exterius impe- « randi ac poenis coercendi. Ex « parte vero *Moderatoris* pericu- « lum adest, ne notitiis in confes- « sione acquisitis videatur uti « in exercendis extrinsecus sui « ministerii partibus, quae res « odium contra sanctissimum « Poenitentiae Sacramentum in « animis adolescentium creare « possit. » (Lucidi. De Visitatione SS. Liminum, t. II, c. VI. De Seminar. § 2, n. 30).

172—Disciplinae praefecti tam in magno quam in parvo Seminario: I.° sollicito labore ac toto pectore incumbant ut officiis sibi propriis, pro suo quisque munere, subditi fungantur, nec

(S. R. C. 24 Septembris 1624). Meminerint etiam sacram Rituum Congregationem die 24 Sept. 1857, decrevisse moniales non posse, *etiam cum licentia Ordinarii*, abluere corporalia, pallam et purificatoria; quod tamen intelligitur de prima lotione.

444.—Omnes vestes sacrae, nempe: amictus, alba, cingulum, mappae altaris, palla, corporalia, purificatoria, ex lino esse debent.

445.—Adolescentuli, qui acolythorum vices gerunt, dum ad altare inserviunt, utantur veste talari nigri aut rubri coloris et superpelliceo seu cotta, et absolute prohibemus vestes alterius coloris et usum bireti, fasciae et pallioli humerorum.

446.—Sacra paramenta ne lacera sint, sed decentia, munda ac decora, prout Sacrificii sanctitas requirit, et omnimode liturgicis sint praescriptionibus, quoad *materiam, colorem et formam*, accommodata.

447.—Confecta sint autem ex pannis sericis, aureis vel argenteis, iuxta consuetudinem ab Ecclesia susceptam; proinde, ad haec conficienda gossypium vel lana prohibetur. (S. R. C. 25 Septembris 1837).

448.—Sacra paramenta celebrantis, ministrorum et altaris, sint coloris Officio et Missae diei convenientis, iuxta Ecclesiae morem, quae quinque coloribus

la celebración de la Misa. (S. C. de R. 24 de Septiembre de 1624). Tampoco olviden que la Sagrada Congregación de Ritos decretó en 24 de Septiembre de 1857, que las monjas no pueden lavar los corporales, parvapalia y purificadores *ni con licencia del Ordinario:* esto sin embargo se entiende de la primera loción.

444.—Todas las vestiduras sagradas, á saber: el amito, alba, cíngulo, manteles del altar, parvapalia, corporales y purificadores, deberán ser de lino.

445.—Los niños que hacen veces de acólitos, mientras sirven en el altar usarán sotana negra ó roja y sobrepelliz ó cota, y prohibimos absolutamente los vestidos de otro color y que usen bonete, faja y capelo.

446.—Los ornamentos sagrados no estarán rasgados sino decentes, limpios y hermosos, como lo pide la santidad del Sacrificio, y sujetos en todo á las prescripciones litúrgicas en cuanto á la *materia, color y forma*.

447.—Serán de telas de seda, oro ó plata conforme á la costumbre recibida por la Iglesia; por tanto se prohibe que se hagan de algodón ó lana. (S. C. de R. 25 de Septiembre de 1837).

448.—Los ornamentos del celebrante, de los ministros y del altar, serán del color que corresponda al Oficio y Misa del dia, según costumbre de la Iglesia

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

uti consuevit, albo nimirum, rubro, violaceo, viridi et nigro.

449.—Apud nos, paramentum caerulei coloris adhiberi potest ex Apostolico indulto in Missis Immaculatae Conceptionis B. M. V. in ecclesiis quibus concessum ab Ordinario fuerit.

450.—Quoad formam paramentorum nihil absque Sedis Apostolicae venia innovare licet: potest apud nos conservari forma illa quae antiqua hispana communiter dicitur: ut tamen uniformitati consulatur adlaborandum est ut potius forma paramentorum sacrorum usui Ecclesiarum Urbis accommodetur. Sed tum in illa, tum in ista forma, nihil ridiculum admittatur.

451.—Parochis et rectoribus ecclesiarum fas non est vendere, permutare, destruere, aut in profanos usus convertere paramenta sacra iam lacera, scissa et usu trita, nisi consulto Episcopo, servatisque canonicis praescriptionibus et decretis S. R. C.

452.—Instituatur in Dioecesibus suffraganeis, et foveatur quantum fieri possit in Archidioecesi «*Opus Tabernaculorum*» ab Illmo. D. D. Pelagio Antonio de Labastida Archiepiscopo Mexicano f. r. fundatum atque laudatum in eius Litteris 8 Septembris 1890, quarum scopus est ecclesiis pauperioribus paramenta suppeditare.

que ha usado cinco colores que son: blanco, rojo, morado, verde y negro.

449.—Entre nosotros por privilegio apostólico, puede usarse ornamento azul en las Misas de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen María, en las iglesias en que el Ordinario lo haya concedido.

450.—En cuanto á la forma de los ornamentos, nada puede innovarse sin licencia de la Santa Sede: entre nosotros puede conservarse la forma comunmente llamada antigua española: mas en bien de la uniformidad debe mejor procurarse que la figura de los ornamentos sagrados sea igual á la que se usa en las iglesias de Roma. Pero ni en esta ni en aquella forma se admitirá nada que sea ridículo.

451.—No se permite á los Párrocos y rectores de iglesias vender, cambiar, destruir ó dedicar á usos profanos los ornamentos sagrados, despedazados, rotos y maltratados por el uso, sino con licencia del Obispo; observando las prescripciones canónicas y los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos.

452.—Se establecerá en las Diócesis sufragáneas, y se impulsará lo más que se pueda en la Arquidiócesis la *Obra de los Tabernáculos* fundada y recomendada por el Ilmo. Sr. Dr. D. Pelagio Antonio de Labastida, Arzobispo de México, d. f. m., en su Carta pastoral de 8 de Septiembre de 1890, cuyo fin es proporcionar ornamentos á las iglesias pobres.

453.—Ad vitanda furium sacrilegia praecipimus Parochis et ecclesiarum rectoribus ut vasa, vestes et paramenta sacra in loco omnino tuto et clavi obserato serventur. Curent iidem ut sacristae sint non modo probi et religiosi, sed et quam studiosi ac diligentes. Optamus denique, ut in omnibus ecclesiis in quibus asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, tabernaculum ferreum haberi possit ad normam tamen decretorum S. R. C. interius exteriusque dispositum atque ornatum. Clavis vero semper penes Parochum vel rectorem ecclesiae maneat.

454.—Olea Sacra sint in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis, bene obturatis; quae vascula sint inter se distincta, et propriam unumquodque inscriptionem habeat, maiusculis litteris incisam, ne quis error committatur. Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata sive coniuncta; apte tamen distincta et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus ut supra, ne Parochus aberret et unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter. Diligenter etiam ac decenter custodiri debent Olea Sancta in loco proprio, honesto

453.—Para evitar robos sacrílegos, mandamos á los Párrocos y rectores de iglesias que guarden en lugar seguro y bajo llave los vasos, vestiduras y ornamentos sagrados. Cuiden los mismos de que los sacristanes no sólo sean honrados y piadosos, sino muy cuidadosos y diligentes. Deseamos finalmente, que en todas las iglesias en que hay depósito del Santísimo Sacramento de la Eucaristía, se procure adquirir un tabernáculo de hierro; pero dispuesto y adornado interior y exteriormente, conforme á los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos. La llave estará siempre en poder del Párroco ó rector de la iglesia.

454.—Los Santos Oleos se conservarán en sus ánforas de plata ó siquiera de estaño y bien cerradas; ánforas que deberán ser distintas teniendo cada una la propia inscripción grabada con letras grandes para que no se cometa error alguno. Para el uso cuotidiano habrá ánforas de menor tamaño, de plata si es posible, ó de estaño, ó separadas ó juntas; pero debidamente distintas, bien tapadas y con sus inscripciones como hemos dicho; á fin de que el Párroco no yerre y emplee una por otra, lo que debe evitar con cuidado. Los Santos Oleos se guardarán con esmero y decencia en lugar pro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ac mundo et sub clave in pariete presbyterii, rite disposito (Rit. Rom. rubr. de Bapt.)

TITULUS III.

DE LOCIS CULTUI DIVINO DEDICATIS.

455.—Sacerdotes verbis et exemplis fideles perpetuo doceant templum esse domum Dei, domumque orationis; in qua altaria, sanctuarium, chorus et alia huiusmodi sunt loca tum pro certis personis, tum pro certis functionibus destinata; nihil ergo in eo sit aut fiat tum a sacerdotibus, tum a fidelibus, quod non pietate, gravitate, modestia et honestate sit moderatum. Absolute vero prohibemus ne in templis ornatus aliquis admittatur qui profanum quid referat.

456.—Eodem modo vetitum manet, ne tempore Venerabilis Sacramenti expositionis, cerei sive lampades una cum faldistoriis ante aliam quamcumque imaginem in eodem altari sitam collocentur.

457.—Ianuae ecclesiarum cancellis muniantur ita dispositis, ut ex publica via interiora prospici nequeant; quod si aliquando ob fidelium multitudinem ipsi cancelli aperiri debeant, velum ante ipsam ianuam, praesertim si Sanctissima Eucharistia exposita sit, collocetur.

pio, honesto, limpio, bajo llave, y bien arreglado en la pared del Presbiterio. (Rit. Rom. rubr. del Baut.)

TÍTULO III.

DE LOS LUGARES DEDICADOS AL CULTO DIVINO.

455.—Los sacerdotes enseñarán siempre á los fieles con palabras y ejemplos que el templo es la casa de Dios y que es casa de oración, en la cual existen altares, presbiterio, coro y otros lugares semejantes destinados así para ciertas personas como para ciertas funciones; nada por consiguiente habrá ni se hará en él por los sacerdotes ni por los fieles que no vaya acompañado de devoción, gravedad, modestia y honestidad. Absolutamente prohibimos que en los templos se admita cualquier adorno que tenga algo de profano.

456.—Queda asimismo prohibido colocar durante la exposición del Santísimo Sacramento ceras ó lámparas con reclinatorios ante cualquiera imagen puesta en el mismo altar.

457.—En las puertas de las iglesias habrá canceles de tal modo dispuestos, que desde la calle no pueda verse el interior; y si alguna vez por la multitud de fieles tienen que abrirse los canceles, se pondrá en la puerta una cortina, principalmente cuando esté expuesto el Santísimo Sacramento.

458.—Ad ianuas ecclesiarum sint tabellae, in quibus edicta aliaque ecclesiastica documenta tali modo promulgari solita apponantur: notificationes vero festorum, quae ad valvas ecclesiarum affigi solent, simplices sint, nec quid theatrale redoleant. In posterum vero Parochus vel rector ecclesiae nullo modo notificationes affigi sinat absque praevia approbatione Curiae Episcopalis.

459.—Sacristia nitida servetur: in ea apponatur Crucifixi imago: sit armarium in quo serventur Missale, Rituale Romanum, et directorium in quo continetur ordo divini Officii Sacrique peragendi. In alio armariolo sera et clavi munito, vel in ipso, sed separatim, custodiantur vasa sacra ordinario servitio necessaria. Sint etiam in sacristia tabellae cum precationibus ante et post Missam recitari solitis. Tandem ibi, vel alibi, sed in decenti loco, sit piscina sufficienter ampla et profunda, ut aqua, qua purificatoria, corporalia et palla lavantur, alio non decurrat, sed illic sistat et humo absorbeatur. (Innoc. III. Const. *Nuper*, 23 Nov. 1697).

460.—Baptisterium in paroeciis debet esse prope ecclesiae ianuam; cancellis autem occludatur sera munitis, ut accessus

458.—En las puertas de las iglesias habrá unas tablas en que se pondrán los edictos y otros documentos eclesiásticos que de esa manera suelen promulgarse: los anuncios de fiestas que es costumbre fijar en las puertas serán sencillos, sin ninguna semejanza teatral. En lo sucesivo, no permitirá el Párroco ó rector de la iglesia que se fijen avisos sin previa aprobación de la Curia episcopal.

459.—Se conservará limpia la sacristía: se colocará en ella un Crucifijo: habrá un armario en que se guardarán el Misal, el Ritual Romano y el directorio que contiene el orden en que se ha de rezar el Oficio y celebrar la Misa. En otro pequeño armario asegurado con chapa y llave, ó en el mismo, pero separadamente, se guardarán los vasos sagrados que se necesitan para el servicio diario. Habrá también en la sacristía tablillas con las oraciones que suelen rezarse antes y después de la Misa. Finalmente. allí ó en otra parte, pero en lugar decente habrá una piscina amplia y profunda lo suficiente, para que el agua con que se lavan los purificadores, corporales y parvapalias no corra, sino que quede allí y se resuma en la tierra. (Inoc. III. Const. *Nuper*, 23 de Noviembre de 1697).

460.—En las parroquias debe estar el bautisterio próximo á la puerta de la iglesia; pero se cerrará con puertas aseguradas

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tantum pateat in actu Baptismi ministrandi. Fons baptismalis sit ex metallo, ex marmore vel ex alio lapide polito sed minime permeabili. Sit etiam imago Sancti Ioannis Christum baptizantis et armarium ubi vascula Sacrorum Oleorum custodiantur.

461.—In singulis ecclesiis volumus stationes esse *Viae-Crucis* legitime erectas, ut fideles hoc pium explentes exercitium indulgentias ab Apostolica Sede concessas lucrari possint. Sed Parochi et ecclesiarum rectores doceant fideles modum ab Ecclesia praescriptum ad illas indulgentias lucrandas.

462.—Videant Episcopi, quorum arbitrio oratoria privata Apostolica Sedes concedit, ne ex illis fideles quoad sanctificationis praeceptum festis diebus detrimentum capiant.

463.—Si oratorium privatum in alium locum alicuius domus transferatur, fiat de consensu Episcopi, cuius est determinare conditiones quae requiruntur ad Sacrum in Oratoriis celebrandum.

TITULUS IV.

DE TEMPORIBUS CULTUI DIVINO DICATIS.

CAPUT I.—*De Festis.*

464—Parochi edoceant popu-

con llave, estando franca la entrada solo en el acto de administrar el Bautismo. La fuente bautismal será de metal, de marmol ó de otra piedra no porosa. Habrá también una imagen de S. Juan bautizando á Cristo, y un armario donde se guarden las anforitas de los Santos Oleos.

461.—Queremos que en todas las iglesias existan legitimamente erigidas las estaciones del *Via-Crucis*, para que los fieles haciendo este piadoso ejercicio puedan lucrar las indulgencias concedidas por la Sede Apostólica. Los Párrocos y rectores de iglesias enseñarán á los fieles el modo prescripto por la Iglesia para ganar dichas indulgencias.

462.—Cuiden los Obispos, á cuyo arbitrio la Sede Apostólica concede los oratorios privados, de que no por ellos sufran detrimento los fieles en cuanto al precepto de santificar los dias festivos.

463.—Si un oratorio privado se traslada á otro lugar de alguna casa, se hará con anuencia del Obispo, á quien corresponde determinar las condiciones que se requieren para celebrar la Santa Misa en los oratorios.

TÍTULO IV.

DE LOS TIEMPOS DEDICADOS AL CULTO DIVINO.

CAPÍTULO I.—*De las fiestas.*

464.—Los Párrocos enseñarán

lum praeceptum Ecclesiae de festorum sanctificatione; gravem obligationem et modum adimplendi praeceptum per Missae auditionem et abstinentiam ab operibus servilibus. Praeterea doceant ad animarum salutem plurimum conferre sacris concionibus et vespertino officio interesse. Tandem Deo gratissimum esse quod fideles saltem in praecipuis anni festivitatibus ad Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta accedant.

465.—Episcopi et Parochi prudentissime curent ut officinarum et fabricarum moderatores praeceptum sanctificationis festorum fideliter servent, et praesertim ut ullo modo impediant quominus aliquis ex eorum subditis praecepto saltem audiendi Sacrum satisfaciat. Et prae oculis habeantur normae a probatis auctoribus traditae circa dominos, qui praeceptum abstinendi a servilibus violant, et quoad conditionem opificum vel officialium qui apud istos dominos ita laborare coguntur.

466.—Cum Missa parochialis praesertim pro parochianis celebretur, curent concionatores et confessarii ut fideles intelligant quanti haberi debeat, quantumque fructum percipiant qui ipsi intersint, atque iuxta mentem Concilii Tridentini, moneant fideles ut frequenter ad suas paroecias, saltem diebus dominicis et maioribus festis accedant, ad pa-

al pueblo el precepto de la Iglesia sobre la santificación de las fiestas; la grave obligación y el modo de cumplir el precepto, oyendo la Misa y absteniéndose de trabajos serviles. Enseñarán además que es muy util para la salud de las almas asistir á la sagrada predicación y al ejercicio vespertino. Finalmente, que es muy agradable á Dios que los fieles se acerquen á la Penitencia y Eucaristía, por lo menos en las principales festividades del año.

465.—Los Obispos y Párrocos procuren con la mayor prudencia que los directores de oficinas y fábricas guarden fielmente el precepto de santificar las fiestas, y en particular, que por ninguna manera impidan que sus subalternos satisfagan siquiera el precepto de oir la sta. Misa. Se tendrán en cuenta las reglas dadas por respetables autores, con relación á los amos que violan el precepto de abstenerse de trabajos serviles; y en cuanto á la condición de los obreros y oficiales que por tales amos son obligados á trabajar de este modo.

466.—Como quiera que la Misa parroquial se celebra en bien de los feligreses, procurarán los predicadores y confesores, que los fieles entiendan la importancia que debe dárseles y el gran fruto que perciben los que asisten á ella; y según la mente del Concilio Tridentino, exhortarán á los fieles á que con frecuencia acudan á sus Parroquias, por lo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tantum pateat in actu Baptismi ministrandi. Fons baptismalis sit ex metallo, ex marmore vel ex alio lapide polito sed minime permeabili. Sit etiam imago Sancti Ioannis Christum baptizantis et armarium ubi vascula Sacrorum Oleorum custodiantur.

461.—In singulis ecclesiis volumus stationes esse *Viae-Crucis* legitime erectas, ut fideles hoc pium explentes exercitium indulgentias ab Apostolica Sede concessas lucrari possint. Sed Parochi et ecclesiarum rectores doceant fideles modum ab Ecclesia praescriptum ad illas indulgentias lucrandas.

462.—Videant Episcopi, quorum arbitrio oratoria privata Apostolica Sedes concedit, ne ex illis fideles quoad sanctificationis praeceptum festis diebus detrimentum capiant.

463.—Si oratorium privatum in alium locum alicuius domus transferatur, fiat de consensu Episcopi, cuius est determinare conditiones quae requiruntur ad Sacrum in Oratoriis celebrandum.

TITULUS IV.

DE TEMPORIBUS CULTUI DIVINO DICATIS.

CAPUT I.—*De Festis.*

464—Parochi edoceant popu-

con llave, estando franca la entrada solo en el acto de administrar el Bautismo. La fuente bautismal será de metal, de marmol ó de otra piedra no porosa. Habrá también una imagen de S. Juan bautizando á Cristo, y un armario donde se guarden las anforitas de los Santos Oleos.

461.—Queremos que en todas las iglesias existan legitimamente erigidas las estaciones del *Via-Crucis*, para que los fieles haciendo este piadoso ejercicio puedan lucrar las indulgencias concedidas por la Sede Apostólica. Los Párrocos y rectores de iglesias enseñarán á los fieles el modo prescripto por la Iglesia para ganar dichas indulgencias.

462.—Cuiden los Obispos, á cuyo arbitrio la Sede Apostólica concede los oratorios privados, de que no por ellos sufran detrimento los fieles en cuanto al precepto de santificar los dias festivos.

463.—Si un oratorio privado se traslada á otro lugar de alguna casa, se hará con anuencia del Obispo, á quien corresponde determinar las condiciones que se requieren para celebrar la Santa Misa en los oratorios.

TÍTULO IV.

DE LOS TIEMPOS DEDICADOS AL CULTO DIVINO.

CAPÍTULO I.—*De las fiestas.*

464.—Los Párrocos enseñarán

lum praeceptum Ecclesiae de festorum sanctificatione; gravem obligationem et modum adimplendi praeceptum per Missae auditionem et abstinentiam ab operibus servilibus. Praeterea doceant ad animarum salutem plurimum conferre sacris concionibus et vespertino officio interesse. Tandem Deo gratissimum esse quod fideles saltem in praecipuis anni festivitatibus ad Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta accedant.

465.—Episcopi et Parochi prudentissime curent ut officinarum et fabricarum moderatores praeceptum sanctificationis festorum fideliter servent, et praesertim ut ullo modo impediant quominus aliquis ex eorum subditis praecepto saltem audiendi Sacrum satisfaciat. Et prae oculis habeantur normae a probatis auctoribus traditae circa dominos, qui praeceptum abstinendi a servilibus violant, et quoad conditionem opificum vel officialium qui apud istos dominos ita laborare coguntur.

466.—Cum Missa parochialis praesertim pro parochianis celebretur, curent concionatores et confessarii ut fideles intelligant quanti haberi debeat, quantumque fructum percipiant qui ipsi intersint, atque iuxta mentem Concilii Tridentini, moneant fideles ut frequenter ad suas paroecias, saltem diebus dominicis et maioribus festis accedant, ad pa-

al pueblo el precepto de la Iglesia sobre la santificación de las fiestas; la grave obligación y el modo de cumplir el precepto, oyendo la Misa y absteniéndose de trabajos serviles. Enseñarán además que es muy util para la salud de las almas asistir á la sagrada predicación y al ejercicio vespertino. Finalmente, que es muy agradable á Dios que los fieles se acerquen á la Penitencia y Eucaristía, por lo menos en las principales festividades del año.

465.—Los Obispos y Párrocos procuren con la mayor prudencia que los directores de oficinas y fábricas guarden fielmente el precepto de santificar las fiestas, y en particular, que por ninguna manera impidan que sus subalternos satisfagan siquiera el precepto de oir la sta. Misa. Se tendrán en cuenta las reglas dadas por respetables autores, con relación á los amos que violan el precepto de abstenerse de trabajos serviles; y en cuanto á la condición de los obreros y oficiales que por tales amos son obligados á trabajar de este modo.

466.—Como quiera que la Misa parroquial se celebra en bien de los feligreses, procurarán los predicadores y confesores, que los fieles entiendan la importancia que debe dárseles y el gran fruto que perciben los que asisten á ella; y según la mente del Concilio Tridentino, exhortarán á los fieles á que con frecuencia acudan á sus Parroquias, por lo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rochialem spiritum servandum, et ubi opus fuerit restituendum.

467.—Commendentur et efformentur piae societates, praecipue inter opifices, ad festorum profanationem vitandam et ad praecepti impletionem promovendam.

468.—Omnes qui curam animarum gerunt diebus dominicis post Evangelium Missae annuntient festa, vigilias, ieiunia, abstinentiam a carnibus et alia quae per hebdomadam occurrent, necnon et indulgentias concessas earumque conditiones.

469.—Episcopi, iuxta decreta S. Officii Die 5 Decembr 1894 et 18 Martii 1896, obligationem ieiunii et abstinentiae quandoque transferre valent gravissima de causa, nimirum, si agatur de festo magno fidelium concursu celebrando, et periculum generale sit ne ieiunium servetur; quando igitur Episcopi hac utantur facultate, Parochi opportune populum de hoc moneant: ac si rationabili de causa ieiunii obligationem oporteat transferri quoad suos fideles, Episcopum adeant (1).

470.—Pluribus in locis piae repraesentationes, quae in Maiore Hebdomada praesertim fieri solent, sive in processionibus, sive

1. V. Appen. nn. 10 et 11.

menos en los domingos y en las mayores festividades, para conservar el espíritu parroquial ó establecerlo donde fuere necesario.

467.—Se recomendarán y formarán piadosas asociaciones, principalmente entre los obreros con el fin de evitar la profanación de las fiestas y promover el cumplimiento del precepto.

468.—Todos los que tengan cura de almas, en los Domingos, después del Evangelio de la Misa, anunciarán las fiestas, vigilias, ayunos, abstinencia de carnes y lo demás que ocurra durante la semana, no menos que las indulgencias concedidas y sus condiciones.

469.—Los Obispos, según los decretos del Santo Oficio, de 5 de Diciembre de 1894, y 18 de Marzo de 1896, pueden alguna vez por gravísima causa transferir la obligación del ayuno y la abstinencia, por ejemplo si se trata de celebrar alguna fiesta con grande concurso de fieles, y existe peligro general de que no se guarde el ayuno; mas cuando los Obispos usen de esta facultad, los Párrocos lo advertirán al pueblo: y si por causa racional conviene que la obligación del ayuno se transfiera respecto de sus feligreses, recurrirán al Obispo.

470.—Las representaciones piadosas que en muchos lugares suelen hacerse, sobre todo en la Semana Mayor, así en los sermones como en las procesiones ó

in concionibus, sive extra hos casus, multum ad pietatem fidelium fovendam conferunt. Attamen in magnis urbibus vicinisque pagis prope eas id non fiat nisi de Episcopi consensu: alibi vero omni studio Parochi curare debent, super quo eorum conscientiam oneramus, ut omnia religiose, graviter, prudenterque procedant et sedulo caveant ne quid fiat ridiculum quod risui ac contemptui causam praebeat.

471.—Item prohibemus ne in repraesentatione Nativitatis Domini Nostri super altare collocentur Sanctorum imagines, vestibus non propriis earum indutae et pastores referentes. In feria vero quinta Maioris Hebdomadae ad altare pro reponendo SS. Sacramento Sanctorum imagines apponere haud licet: (prae oculis tamen habeantur declarationes S. R. C. (1).

472—Ex saepius iteratis S. R. C. decretis Mandatum celebrari debet in sacello vel loco distante ab altari, ubi reposita est Sanctissima Eucharistia ad vitandam omnem irreverentiam, ita ut si hoc fieri nequeat, omittendum est nulla in contrarium obstante consuetudine; cum praeterea alicubi mos irrepserit ut non duodecim pauperum sed puerorum ex cultioribus pedes laventur, expresse prohibemus ne cum pueris fiat Mandati caeremonia,

1. V. Append. n. 12.

fuera de estos casos, sirven de mucho para fomentar la piedad de los fieles. Sin embargo, en las ciudades populosas y cerca de ellas en los pueblos vecinos no se hará ésto sino con consentimiento del Obispo. Por lo demás, deben procurar los Párrocos con el mayor empeño, sobre lo cual gravamos su conciencia, que todo se haga piadosa, grave y prudentemente y eviten á todo trance que nada sea ridículo, que dé ocasión á risa ó desprecio.

471.—Prohibimos también que en la representación del Nacimiento de Nuestro Señor, se coloquen en el altar imágenes de Santos con vestidos que no les correspondan y figurando pastores. El jueves de la Semana Mayor no se permite poner imágenes de Santos en el altar donde se ha de depositar al Santísimo Sacramento: (ténganse, empero, presentes las declaraciones de la Sagrada Congregación de Ritos).

472.—Según los repetidos decretos de la Sagrada Congregación de Ritos, el Mandato debe celebrarse en una capilla ó lugar distante del altar donde esté depositado el Santísimo Sacramento, para evitar toda irreverencia; de manera que si esto no puede ser así, deba omitirse, no obstante cualquiera costumbre en contrario: además, como en algunos lugares se ha introducido el uso de que se laven los pies no á doce pobres, sino á doce niños de los más aseados, prohibimos expre-

sed potius perficiatur cum senibus pauperibus.

473.—Nefas est post Vesperas Sabbati «Sitientes» quascumque imagines Christi Domini, B. V. Mariae et Sanctorum exponere (S. R. C. in Bonaer. 3 Apr. 1876) nec eo fine licet, ut eleemosynae pro divini cultus sumptibus erogandis colligantur.

474.—Inter praestantiores erga B. V. Mariam cultus significationes haud postremum locum obtinet mos celebrandi in eius honorem integrum mensem Maium. Huiusmodi cultum enixe igitur commendatum volumus, firmam spem foventes, fore ut exemplo et tutela tantae Matris christianorum mores ad evangelicam normam magis in dies effingantur, vitiaque irrepentia profligentur. Quo vero ex hac praxi uberiores fructus percipiantur, ac nonnulli abusus e medio tollantur, episcoporum sit opportunam de hoc instructionem edere.

475.—Religionem cultumque erga magnum Patriarcham S. Iosephum Sponsum B. M. V. enixe omnibus, tam ecclesiasticis quam saecularibus, pariter commendamus; sed praecipue ecclesiarum

samente que la ceremonia del Mandato se haga con niños, sino que mejor se practicará con ancianos pobres.

473.—Está prohibido exponer cualesquiera imágenes de Nuestro Señor Jesucristo, de la Santísima Virgen María y de los Santos, después de las vísperas del Sábado de la cuarta semana de Cuaresma, (S. C. de R. in Bonaer. 3 de Abril de 1876), ni siquiera se permite que se haga con el fin de recoger limosnas para subvenir á los gastos del culto.

474.—Entre las más excelentes manifestaciones del culto de la Santísima Virgen María, no corresponde el último lugar á la costumbre de solemnizar en su honor todo el mes de Mayo. Queremos por tanto recomendar encarecidamente esta práctica, alimentando la firme esperanza de que con el ejemplo y protección de la gran Madre de los cristianos, de dia en dia las costumbres se conformarán á la ley evangélica y se destruirán los vicios que se van introduciendo. Y, para que de esta práctica se obtengan frutos más copiosos y se destierren algunos abusos, los Obispos darán sobre esto una oportuna instrucción.

475.—Asimismo recomendamos con encarecimiento á todos, así eclesiásticos como seglares, la devocion y culto del gran Patriarca San José, Esposo de la Santísima Virgen María; y prin-

rectores hortamur, ut dies XIX cuiusque mensis specialem in modum eidem dicata ita immaneat, ut nonnullae pietatis exercitationes in eius honorem peragantur. Si vero integer mensis praecelso V. Mariae Sponso dicabitur, eius initium die etiam XIX Februarii fieri poterit ut finem in festo eius natalitio habeat.

476.—Districte inhibemus ne in exequiis defunctorum altaria et imagines velis violaceis, quae ad cultum pro morte Christi Domini significanda destinata sunt, tegantur; nec licet in tumulo vel alio ecclesiae loco effigiem defuncti apponere.

477.—In Novendialibus ante Nativitatem Domini, ubi adest, antiquissima consuetudo vel concursus populi, potest decantari unica Missa votiva solemnis B. M. Virginis, quamvis in ipsis occurrat festum S. Thomae Apostoli et Dominica III vel IV Adventus, non omissa autem conventuali statuta hora decantanda. (S. R. C. 28 Sept. 1558).

478.—Quamvis hisce diebus et in ipsa Domini Nativitate cantus et musica alacrior permittatur, nunquam tamen licet cantus vel sonitus populares, aut alios quoscumque a sanctitate templi Dei quomodolibet alienos, personare.

cipalmente encargamos á los rectores de iglesias, que de un modo especial se le siga dedicando el dia 19 de cada mes, y se hagan en su honor algunos piadosos ejercicios. En caso de que se consagre todo un mes al esclarecido Esposo de la Virgen María, podrá empezar el dia 19 de Febrero para que termine en el dia de su festividad.

476.—Extrictamente prohibimos que en las exequias de difuntos se cubran los altares y las imágenes con los velos morados que sirven al culto para significar la muerte de Nuestro Señor Jesucristo; ni se permite exponer el retrato del difunto en el túmulo ó en otro lugar de la iglesia.

477.—En los nueve dias que preceden á la Natividad del Señor, donde haya antiquísima costumbre ó grande concurso de pueblo, puede cantarse una sola Misa votiva solemne de la Santisima Virgen María, aunque en ese tiempo ocurran la fiesta de Santo Tomás Apóstol y la Dominica tercera ó cuarta de Adviento, sin omitir empero la Misa conventual que deberá cantarse á la hora establecida. (S. C. de R. 28 de Septbre. de 1558).

478.—Aunque en estos dias y en la misma Natividad del Señor se permite canto y música de mayor alegría; sin embargo, nunca se tolere que se ejecuten cantos ó tonadas populares ú otros cualesquiera de algún modo agenos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

479.—Cum mos invaluerit in multis privatorum domibus post hasce novendiales preces choreas ducere, vel aliis periculosis oblectamentis vacare; huiusmodi consuetudinem totis viribus improbamus, ac omnes fideles hortamur ne penes se id fieri sinant aut ullo modo huic scandalo ac divini cultus profanationi cooperentur.

480.—Festa in Mexicana Provincia observanda, sunt sequentia:

Omnes dies dominicae totius anni

Circumcisionis D. N. I. C., 1 Ian.

Epiphaniae Domini, 6 Ian.

Purificationis B. M. Virginis, 2 Febr.

S. Ioseph, Sponsi B. M. V., 19 Mart.

Annuntiationis B. M. Virginis, 25 Mart.

Ascensionis D. N. I. C.

Ssmi. Corporis Christi.

Nativit. S. Ioannis Bapt., 24 Iun.

SS. Apost. Petri et Pauli, 29 Iun.

Assumptionis B. M. Virginis, 15 Aug.

Nativitatis B. M. V., 8 Sept.

Omnium Sanctorum, 1 Nov.

Immaculat. Conc. B. M. V., 8 Dic.

App. B. M. V. de Guadalupe, 12 Dec.

Nativit. D. N. I. C., 25 Dec.

479.—Como en muchas casas particulares se ha introducido la costumbre de bailar ó de entregarse á otros pasatiempos peligrosos después del rezo de la novena, reprobamos con la mayor energía tal abuso, y exhortamos á todos los fieles á que no permitan que esto se haga en sus casas, y que de ningún modo cooperen á ese escándalo y profanación del culto divino.

480.—Las fiestas que en la Provincia Mexicana se han de guardar, son las siguientes:

Todos los domingos del año.

La Circuncisión de N. S. J. C., 1.° de Enero.

La Epifanía del Señor, 6 de Enero.

La Purificación de la Sma. Virgen María, 2 de Febrero.

El dia de Sr. S. José, Esposo de la S. V. M., 19 de Marzo.

La Anunciación de la Sma. V. M., 25 de Marzo.

La Ascensión de N. S. J. C.

El dia de Corpus Christi.

La Natividad de S. Juan Bautista, 24 de Junio.

El dia de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo, 29 de Junio.

La Asunción de la S. V. M., 15 de Agosto.

La Natividad de la S. V. M., 8 de Septiembre.

El dia de Todos los Santos, 1.° de Noviembre.

La Inmaculada Concepción de la S. V. M., 8 de Diciembre.

La Aparición de la Sma. Virgen de Guadalupe, 12 de Diciembre.

La Natividad de N. S. J. C., 25 de Diciembre.

Caput II.—*De ieiuniis et abstinentia.*

481.—Omnes ecclesiarum rectores, sed praesertim Parochi, fideles edoceant ieiunandi obligationem statutis temporibus ab Ecclesia, atque abstinendi a carnibus vel a piscium carniumque promiscua manducatione; in hoc vero prae oculis habeant Sacrae Poenitentiariae responsa.

482.—Aperto ac claro sermone eos edoceant quid re vera a ieiunio excuset vel ab abstinentia. Et ne fideles in hac re seipsos decipiant consilium adhibeant prudentis confessarii, et, si opus fuerit, medici vere christiani. Si autem de vera dispensatione res sit, recurrendum est ad Ordinarium, ut ipse servatis servandis provideat.

483.—Fideles praesertim clerici qui legitime a ieiunio vel abstinentia fuerint excusati vel dispensati, nunquam ceteris scandali occasionem praebeant.

484.—Dies quibus iuxta indulta a S. Sede concessa ieiunare tenentur omnes huius Provinciae ecclesiasticae utriusque sexus fideles (indis exceptis) sunt:

Capítulo II.—*De los ayunos y abstinencia.*

481.—Todos los rectores de iglesias y principalmente los Párrocos, enseñarán á los fieles la obligación de ayunar en los tiempos determinados por la Iglesia, y de abstenerse de la carne ó de comer promiscuamente pescado y carne; en esto tendrán presentes las resoluciones de la Sagrada Penitenciaría.

482.—Clara y sencillamente les enseñarán lo que en verdad excusa del ayuno ó de la abstinencia. Para que los fieles no se engañen á sí mismos en esta materia, pedirán consejo á un prudente confesor y, si fuere necesario, á un médico verdaderamente cristiano. Si se trata de formal dispensa, se recurrirá al Ordinario para que él provea *servatis servandis*.

483.—Los fieles, principalmente los clérigos que estén legítimamente excusados ó dispensados del ayuno ó la abstinencia, nunca darán ocasión de escándalo á los demás.

484.—Los dias en que, teniendo en cuenta los privilegios concedidos por la Santa Sede, están obligados á ayunar todos los fieles de uno y otro sexo de esta

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Omnes dies Quadragesimae, diebus dominicis exceptis.
Vigilia Nativit. S. Ioann. Bapt., 23 Iun.
» Sanctorum Petri et Pauli, 28 Iun.
» Assump. B. M. V., 14 Aug.
» Omnium Sanctorum, 31 Octobr.
» Nativit. D. N. I. Chr., 24 Decem.
» Pentecostes.
Feria IV et VI et sabbatum quatuor Temporum. Tandem tempore Adventus, omnes feriae sextae et sabbata.

485.—Indi vero ieiunare et abstinentiae legem servare tenentur, omnibus sextis feriis Quadragesimae, Vigilia Nativitatis D. N. I. C. et sabbato maioris Hebdomadae. (Constit. *Trans Oceanum* Leonis XIII).

Provincia eclesiástica, exceptuando á los indios, serán:

Todos los dias de la Cuaresma con excepción de los domingos.
La Vigilia de la Natividad de San Juan Bautista, 23 de Junio.
» » de San Pedro y San Pablo, 28 de Junio.
» » de la Asunción de la Santísima Virgen María, 14 de Agosto.
» » de Todos los Santos, 31 de Octubre.
» » de la Natividad de N. S. J. C., 24 de Dbre.
» » de Pentecostés.
El miércoles, viernes y sábado de las cuatro Témporas.
Finalmente, todos los viernes y sábados del Adviento. (1)

485.—Los indios están obligados á ayunar y á guardar la ley de la abstinencia en todos los viernes de Cuaresma, en la vigilia de la Natividad de Nuestro Señor Jesucristo y en el sábado de la Semana mayor. (Const *Trans Oceanum* de S. S. León XIII).

TITULUS V.
DE CULTU DIVINO EXERCENDO.

CAPUT I.— *De sacra liturgia.*

486.—Nullus in ministerium ecclesiasticum cooptetur, quin plane noverit ritus sacros ac ceremonias, in eorumque fuerit executione rite versatus.

TÍTULO IV.
DEL EJERCICIO DEL CULTO DIVINO.

CAPÍTULO I.—*De la sagrada liturgia.*

486.—Ninguno será admitido al ministerio eclesiástico sin que conozca con perfección los ritos

1. En 6 de Julio de 1899, la Sagrada Congregación de Negocios Eclesiásticos extraordinarios expidió un nuevo é importante decreto sobre el ayuno y la abstinencia para la América Latina.

487.—Magistri ceremoniarum Ecclesiae Cathedralis munus est, ne quidquam in divinis functionibus obeundis sacrae Liturgiae contrarium subintroducatur solerter invigilare. Ipsi autem testes synodales abusus, qui forte irrepserint et quorum notitiam habeant, fideliter Ordinario denuntiare tenentur.

488.—Quia Sancta Ecclesia Cathedralis omnium aliarum ecclesiarum Dioeceseos magistra et exemplar esse debet, districte et in virtute sanctae obedientiae praecipimus ei cui, vel ex constitutionibus Ecclesiarum Cathedralium, vel ex consuetudine hoc onus incumbit, ut sedulo invigilet sacris functionibus, ne quid indecorum et contra sacros ritus admittatur; et praeterea quod in executione eorum quae praecepta sunt, omnia devote et rite fiant. Animadvertat etiam ac iuste prudenterque solita poena mulctet pecuniaria ad legitimum Praesidis Capituli arbitrium, eos qui vel non genuflectunt quando ita a rubrica id praescribitur, vel genuflexiones non ita faciunt, ut genibus terram tangant, vel confabulationes tempore quo divina officia persolvuntur instituant, vel caput aut oculos continuo ad populum volvant: quod si incorregibiles fuerint, Ordinario denuntientur.

y ceremonias sagradas, y sin que esté convenientemente versado en su práctica.

487.—Es deber del maestro de ceremonias de la Iglesia Catedral, velar cuidadosamente sobre que en el ejercicio del santo ministerio nada se introduzca contrario á la sagrada Liturgia. Los mismos testigos sinodales están obligados á denunciar fielmente ante el Ordinario los abusos que quizá se cometan y de que tengan noticia.

488.—Supuesto que la Santa Iglesia Catedral tiene que ser maestra y modelo de todas las demás iglesias de la Diócesis, mandamos estrictamente y en virtud de santa obediencia, á quien, ó por las constituciones de las Iglesias Catedrales ó por costumbre corresponde este encargo, que vigile con atención las sagradas funciones para que nada se haga indecoroso y contrario á los sagrados ritos; y además, que en cumplimiento de lo que se ha mandado, todo se practique devota y convenientemente. Amoneste también y con justicia y prudencia imponga la pena pecuniaria de costumbre á arbitrio racional del Presidente del Cabildo á los que, ó no hacen las genuflxiones cuando así lo manda la rúbrica, ó no las hacen de manera que las rodillas lleguen al suelo, ó que conversan durante los divinos oficios, ó vuelven continuamente la cabeza ó los ojos al pueblo: si no se corrigen

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT II.—*De cantu et musica.*

489.—Prae primis summopere commendamus studium et praxim cantus Gregoriani, qui est verus et proprius cantus Ecclesiae. «Hic cantus, ait Bened. XIV Encicl. *Annus qui*, cultui divino est adaptatus, et ad glorificandum Deum, mentesque sursum erigendas aptissimus, adeoque ut illius harmonia, si recta fuerit, castis auribus et cordibus piis maxime conveniat.»

490.—Mandamus ut in omnibus huius Provinciae ecclesiis cantus Gregorianus fiat prout in editione typica a SSmo. Dno. N. Leone XIII, litteris datis sub forma Brevis diei 15 Nov. 1878 continetur: «*ut sic*, ait S. Pontifex, *cunctis in locis ac dioecesibus, cum in ceteris quae ad sacram Liturgiam pertinent, tum etiam in cantu, una eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia.*» «*Et omnes animadvertere debent*, sunt verba S. R. C., *constantem esse Summorum Pontificum praxim ad nonnullos abusus tollendos persuasione magis quam imperatis uti voluisse: eo vel maxime scientes quod Rmi. Locorum Ordinarii eorumque cleri verba exhortationis Summi Pontificis loco mandati pie et religiose interpretari solent.*» (Decretum S. R. C. diei 10 Apr. 1883).

491.—Musice vocalis figurata, quam Ecclesia permittit ea solummodo est, cuius graves piique cantus domum Domini decent laudesque divinas, et dum verborum prosequuntur sensum fideles ad pietatem religionemque magis excitantur; huic generali normae respondeat oportet quaevis musices figuratae productio, tum vero etiam cum vel organo, vel aliis musicis instrumentis consociatur.

492.—Cantus quem figuratum dicunt, quemque organum pneumaticon concomitatur, huius indoli colligatae gravique harmonice respondeat. Musica vero quae instrumentis conficitur, cantum decore sustineant; nec illum fragoribus opprimant.

493.—Cum Ecclesiae Romanae lingua propria latina sit, haec una in compositione sacrae musices adhibenda est, ita ut lingua hispanica canere tempore quo Missa sive solemnis sive privata celebratur, necnon et tempore expositionis Sanctissimi Sacramenti districte inhibemus.

494.—Extra hunc duplicem casum ex consuetudine apud nos vigente permittantur cantus pii in lingua vernacula ab Episcopo

serán denunciados al Ordinario.

CAPÍTULO II.—*Del canto y de la música.*

489.—En primer lugar recomendamos encarecidamente el estudio y uso del canto Gregoriano que es el verdadero y propio canto de la Iglesia. «Este canto, dice Benedicto XIV en la Encíclica *Annus qui*, es adaptado al culto divino y muy á propósito para glorificar á Dios y para elevar á las almas; por lo cual, si su armonía fuere perfecta, agrada á los oidos castos y corazones piadosos.»

490.—Mandamos que en todas las iglesias de esta Provincia se ejecute el canto Gregoriano como se contiene en la edición típica, según las letras en forma de Breve, expedidas por Ntro. Smo. Padre el Sr. León XIII en 15 de Noviembre de 1878: «*Para que así*, dice el Sumo Pontifice, *en todos los lugares y Diócesis, como en todo lo que pertenece á la sagrada Liturgia, también en el canto se practique enteramente lo mismo que practica la Iglesia Romana.*» «*Y todos deben tener en cuenta*, son palabras de la Sagrada Congregación de Ritos, *que ha sido práctica constante de los Sumos Pontífices para desterrar algunos abusos, querer usar más de persuasión que de mandatos; tanto más cuanto que saben, que los Rmos. Ordinarios de los lugares y su clero suelen piadosa y religiosamente interpretar como mandato las exhortaciones del Sumo Pontífice.*» (Decreto de la S. C. de R., 10 de Abril de 1883).

491.—La música vocal figurada que la Iglesia permite, es sólo aquella cuyas notas graves y piadosas convienen á la casa del Señor y á las alabanzas divinas, y que al seguir el sentido de las palabras los fieles se mueven más á piedad y devoción; es necesario que cualquiera composición de canto figurado se sujete á esta regla general, aun cuando se acompañe con órgano ú otros instrumentos músicos.

492.—El canto que se llama figurado y que se acompaña con órgano pneumático, responderá armónicamente al caracter ligado y grave de éste. La música que se ejecuta con instrumentos, sostendrá como debe ser el canto y sin ahogarlo con el ruido.

493.—Como quiera que la propia lengua de la Iglesia es la latina, esta será la única que se use en la composición de música sagrada; por manera que prohibimos rigurosamente que se cante en español á la hora en que se celebre Misa solemne ó privada y mientras esté expuesto el Santísimo Sacramento.

494.—Fuera de estos dos casos, por costumbre que existe entre nosotros, se permitirán cantos piadosos en lengua vulgar

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rite examinati et approbati, non autem hymni nationales, cantus vulgares, scurriles aliaque huius generis omnino profana; quae nedum voce humana canantur, verum nec solis instrumentis aut organo personentur.

495.—Omnino interdicitur in templo sancto quaevis musice vocalis theatrorum concentibus profanisve confecta, aut modis concinnata nimis levibus mollibusque, cuiusmodi sunt: *Gabalette*, ut aiunt: item melodiae monodicae recitandae *plus aequo* theatrorum more exaggerate: permittuntur tamen sive singulares *(arias)*, sive inter duos *(duetto)*, sive inter tres *(terzetto)*, sive etiam inter plures voces musici concentus, dummodo melodiae sacrae indolem omnino retineant, atque cum reliqua compositione apte sint colligati.

496.—Quaelibet musice interdicitur in qua sacra verba etsi paucula, vel omissa, vel temere transposita, vel intercisa, vel nimis repetita, vel obscuro modo prolata, inveniantur.

497. — Nunquam liceat loco Gradualis, *Ave Maria*, vel aliam quamcumque antiphonam decantare; ubi enim in musice figurata decantari nequeat, in cantu firmo canendum est, vel saltem modo semitonato, ut aiunt, et interea organa sive musica instrumenta pulsentur.

debidamente examinados y aprobados por el Obispo; pero no himnos nacionales, cantos populares, bufos ú otros semejantes del todo profanos, que no solo no se cantarán con voz humana, sino que ni se tocarán con instrumentos solos ú órgano.

495.—Se prohibe absolutamente en el templo santo toda música vocal compuesta de armonías teatrales ó profanas, ó formada con cadencias demasiado ligeras y delicadas como son las llamadas *Gabalette;* además las melodías monódicas que se recitan exagerando *más de lo justo* como en los teatros: permítense, sin embargo, cantos musicales ó de una sola voz *(arias)*, ó de dos *(duetto)*, ó de tres *(terzetto)*, y aun de muchas voces, con tal que conserven del todo el caracter de la melodía sagrada, y que estén debidamente ligados con lo demás de la composición.

496.—Se prohibe toda música en que se encuentren omitidas palabras sagradas, aunque pocas; ó temerariamente transpuestas, ó cortadas, ó demasiado repetidas, ó pronunciadas de una manera ininteligible.

497.—Nunca se permita cantar el *Ave María* ú otra cualquiera antífona en vez del Gradual; donde no pueda cantarse en música figurada, se hará en canto llano, ó por lo menos del modo que se llama semitonado, y entre tanto se tocará el órgano ó los instrumentos musicales.

498.—Quilibet cantus interdicitur, cuius nimia prolixitas Officia divina ultra praescriptos limites protrahit: in cantu enim hymni *Gloria in excelsis* et Symboli licet aliquantisper, non tamen nimium immorari; hoc vero nefas in Kyrie, Graduali, Offertorio, Benedictus, et Agnus Dei, quando nempe sacerdos et ministri stant Rem Sacram prosequuturi.

499. — Tempore consecrationis, elevationis et benedictionis cum Venerabili Sacramento, nihil decantari potest, sed voces et organa omnino sileant, vel ad summum organum modo leni et suavi pulsetur.

500.—Interdicuntur item quaedam nimis artificiosae vocum inflexiones, necnon in musico concentu moderando, vel iis qui canunt aut sonant praecipiendo, rumorem peragi; sancto altari terga verti, immodestae loquutiones misceri, aut aliud quidvis committi quod locum sanctum dedeceat.

501.—Severissime inhibetur sonitu in ecclesia referre quamlibet partem vel, ut aiunt, reminiscentiam concentuum, qui in theatris, sive in drammate peragendo, sive in choreis sociandis dirigendisve, cuiuscumque generis sint fieri consueverunt.

502.— Interdictus est cantus quarumcumque litaniarum in ecclesiis, exceptis litaniis San-

498.—Se prohibe todo canto cuya demasiada prolijidad dilate los divinos Oficios más allá de los límites prescriptos; en el canto del himno *Gloria in excelsis* y del Credo, se permite demorarse un poco y no mucho; pero esto no debe hacerse en los Kyries, Gradual, Ofertorio, Benedictus y Agnus Dei, es decir, cuando el sacerdote y los ministros están de pie prosiguiendo la Misa.

499. —Durante la consagración, la elevación y la bendición con el Santísimo Sacramento nada puede cantarse, sino que las voces y el órgano callarán por completo; ó á lo más, se tocará el órgano dulce y suavemente.

500.—Prohíbense también algunas inflexiones de voz demasiado ingeniosas; así como hacer ruido al dirigir la música ó al mandar á los que cantan ó tocan; volver las espaldas al santo altar; que se mezclen palabras inmodestas ó que se cometa alguna otra cosa impropia del lugar santo.

642.—Pero los Párrocos amonestarán á los padres para que nunca sin causas gravísimas impidan á sus hijos el matrimonio, sino que aconsejen con prudencia lo qne según Dios pareciere convenir á los hijos sin coartarles en nada su libertad.

643.—El consentimiento de los padres, se añadirá por escrito á las actas matrimoniales.

644.—Los Párrocos, antes de empezar el examen se informarán cuidadosamente acerca del domicilio de los contrayentes, y por ninguna manera pasarán adelante sin estar ciertos de que uno de ellos ó los dos pertenecen á su parroquia.

645.—Para favorecer mejor á los pobres, procurarán los Obispos que los Párrocos al menos algunas veces al año en tiempos determinados llamen á los po-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sollicitudinibus; sed potius animi recollectione aliisque pietatis operibus illum diem solemniorem habeat.

637.—Hortamur enixe sacerdotes omnes, praesertim vero Parochos, ut ad pietatem et religionem informent et curam gerant paternam erga pueros, qui vocationis divinae ad sacrum ministerium indicia praeseferant.

TITULUS VIII.
DE MATRIMONIO.

CAPUT I.—*De Sponsalibus et Bannis.*

638.—Parochus ad examen apud nos dictum *Presentación* nullatenus sponsos admittat, qui ad aetatem a Iure canonico praescriptam nondum pervenerint, quatuordecim scilicet annorum pro viro et duodecim pro femina.

639.—Si minime constet sponsos ad aetatem in matrimonium contracturis requisitam pervenisse, Parochus instrumentum exigat de hac re desumptum e libris parochialibus in quibus collati Baptismi attestationes inscribuntur, vel alio quovis modo probato dubium expellat.

640.—Si alter vel uterque sponsorum viduus sit, ad examen pariter non admittatur, nisi instrumentum canonicum et fidem fa-

el ruido mundano y con externos cuidados, sino que más bien se dé mayor solemnidad á ese día por el recogimiento de espíritu y otros actos de piedad.

637.—Exhortamos encarecidamente á todos los sacerdotes y en especial á los Párrocos, á que eduquen en la piedad y en la virtud y ejerzan un paternal cuidado para con los niños que dan señales de vocación divina al santo ministerio.

TÍTULO VIII.
DEL MATRIMONIO.

CAPÍTULO I.—*De los Esponsales y de las Amonestaciones.*

638.—El Párroco por ningún motivo admitirá al examen que entre nosotros se llama *Presentación* á los esposos que aún no hayan llegado á la edad determinada por el Derecho, que es de catorce años para el varón y doce para la mujer.

639.—Si por ninguna manera consta que los esposos han llegado á la edad que se requiere en los que van á contraer matrimonio, el Párroco exigirá sobre esto un certificado sacado de los libros parroquiales en que se asientan las partidas de Bautismo, ó saldrá de la duda por cualquier otro modo conveniente.

640.—Igualmente, si uno ó ambos esposos son viudos, no se admitirán á la presentación sin que presenten un documento que cer-

ciens exhibuerit de priori matrimonio contracto deque morte coniugis secuta. Huiusmodi instrumentum Parocho vel Episcopo tradendum prout coniux intra vel extra Dioecesim vita cesserit.

641.—Contrahentium parentibus insciis aut iure reluctantibus Parochus ad examen gressum minime faciat; quia etsi matrimonium absque parentum consensu validum sit, tamen haec agendi ratio ab Ecclesia improbatur propter innumera dissidia quae in familiis inde solent oriri.

642.—Ast Parochi parentes hortentur ne unquam nisi gravissimis de causis filios suos a matrimonio prohibeant, sed ea prudenter suadeant quae in Domino filiis expedire videantur, libertatem illorum nullo modo cohibentes.

643.—Parentum consensus in scriptis matrimonialibus actis adiiciatur.

644.—Parochi antequam examen aggrediantur sedulo inquirant contrahentium domicilium, et ulterius minime procedant quin certiores evadant unum, aut alterum, aut ambo ad suam paroeciam pertinere.

645.—Ad hoc ut melius indigentibus consulatur, curabunt Episcopi Parochos saltem idemtidem per annum statis temporibus ad se vocare indigentes suae

tifique acerca del primer matrimonio contraido y de la muerte del cónyuge. Este certificado se entregará al Párroco ó al Obispo según que el cónyuge hubiere muerto ó dentro ó fuera de la Diócesis.

641.—Por ningún motivo procederá el Párroco á la presentación cuando los padres de los contrayentes lo ignoran ó se oponen con justicia; pues, aunque el matrimonio es válido sin el consentimiento de los padres, sin embargo, la Iglesia reprueba este modo de obrar por las innumerables disensiones que de ahí suelen originarse en las familias.

642.—Pero los Párrocos amonestarán á los padres para que nunca sin causas gravísimas impidan á sus hijos el matrimonio, sino que aconsejen con prudencia lo qne según Dios pareciere convenir á los hijos sin coartarles en nada su libertad.

643.—El consentimiento de los padres, se añadirá por escrito á las actas matrimoniales.

644.—Los Párrocos, antes de empezar el examen se informarán cuidadosamente acerca del domicilio de los contrayentes, y por ninguna manera pasarán adelante sin estar ciertos de que uno de ellos ó los dos pertenecen á su parroquia.

645.—Para favorecer mejor á los pobres, procurarán los Obispos que los Párrocos al menos algunas veces al año en tiempos determinados llamen á los po-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

paroeciae, eisque diem constituere ut absque ulla taxa eorum matrimonia celebrentur.

646.—Vagi contrahentes ad paroeciam ubi hic et nunc degunt accedere possunt.

647.—Qui matrimonium cum alia attentaverit coram civili tantum magistratu, ad examen non admittatur inconsulto Episcopo.

648.—Scopus huius examinis est inquirere verum statum sponsorum, utrum nempe canonice idonei sint ad matrimonium contrahendum; magna igitur cum diligentia, prudentia et sagacitate procedant Parochi in huiusmodi examine peragendo.

649.—Testes afferantur qui sponsos antea bene cognoverint attenta aetate eorum qui matrimonium inire cupiunt.

650.—Sint etiam testes probi, prudentes, veraces, fidedigni, Parocho vel eius scribae vulgo *Notario* bene noti, vel alicui personae prudenti, quae Parochum certiorem faciat de eorum idoneitate ad testimonium ferendum.

651.—Si de idoneitate testium aliquod dubium oriatur, eorum testimonium non admittatur.

652.—Ad testimonium reddendum hac super re praeferantur consanguinei extraneis, et cives exteris; nec admittantur vagi

bres de su parroquia y señalen un dia para que sin gasto ninguno se celebren sus matrimonios.

646.—Los contrayentes vagos pueden acudir á la parroquia donde estén en esa ocasión.

647.—El que hubiere intentado casarse con otra persona solamente ante el juez civil, no se admitirá á la presentación sin haber consultado al Obispo.

648.—El objeto de este examen es inquirir el verdadero estado de los esposos, á saber, si son canónicamente hábiles para contraer matrimonio; en consecuencia, al hacer este examen procederán los Párrocos con grande atención, prudencia y sagacidad.

649.—Se presentarán testigos que antes hayan conocido bien á los esposos, teniendo en cuenta la edad de los que quieren contraer matrimonio.

650.—Los testigos serán también honrados, prudentes, veraces, fidedignos, bien conocidos del Párroco ó de su escribiente, es decir del *Notario*, ó de alguna persona prudente que cerciore al Párroco sobre la aptitud de aquellos para dar testimonio.

651.—Si surge alguna duda acerca de la idoneidad de los testigos, no se admitirá su testimonio.

652.—Para testificar en esta materia, los parientes se preferirán á los extraños; los vecinos del mismo lugar á los de fuera,

nisi iustam ob causam et re mature perpensa.

653.—In defectu virorum ad testificandum mulieres quoque possunt admitti.

654.—Ipse Parochus vel eius vicarius testimonia recipiat et processum instituat, ut testes rite interrogentur et impedimenta si quae sint detegantur: sed nullatenus huius muneris executio *Notario* committatur, nisi sit clericus saltem in sacris ordinibus constitutus.

655.—Parochus, vel eius scriba dictus *Notario*, apprime describat in libro nomen, cognomen, aetatem, locum residentiae, statum, professionem testis eiusque depositionem et iuramentum.

656.—Aetate minores testes esse non possuut, nisi in casu necessitatis et dummodo sint probitate conspicui.

657.—Etiamsi a Iuri statutum non sit tempus a quo testis sponsos cognoscere debeat, Nos tamen Conc. Mex. III vestigiis inhaerentes, quod testes requirit «qui contrahere volentes ante bene cognoverint attenta aetate eius qui ad matrimonium recipi cupit,» sequentia statuimus: Si de adolescentibus agatur qui nunquam de sua paroecia exierint, quicumque eiusdem Paroeciae indiscriminatim poterunt de illis testimonium reddere,

y los vagos no serán admitidos sino por justa razón y maduramente pensado el caso.

653.—A falta de varones para servir de testigos, puede admitirse también á las mujeres.

654.—El mismo Párroco ó su vicario recibirá el testimonio y hará la información, á fin de que los testigos sean debidamente interrogados y se descubran los impedimentos si los hubiere: pero por ningún motivo se encomendará al *Notario* el cumplimiento de este deber si no es clérigo por lo menos ordenado *in sacris*.

655.—El Párroco ó su escribiente ó *Notario* asentará puntualmente en un libro el nombre, apellido, edad, lugar de residencia, estado y profesión del testigo así como su declaración y juramento.

656.—Los menores no pueden ser testigos sino en caso de necesidad y con tal que se distingan por su buena conducta.

657.—Aunque el Derecho no determine el tiempo desde cuando el testigo deba conocer á los esposos, sin embargo, Nos, siguiendo las huellas del Concilio III Mexicano, que exige testigos «que antes hayan conocido bien á los contrayentes teniendo en cuenta la edad del que quiere contraer matrimonio,» decretamos lo siguiente: si se trata de jóvenes que nunca han salido de su parroquia, cualesquiera personas de la misma indistintamen

dummodo aetatem requisitam habeant: si autem agitur de contrahentibus provectioris aetatis, qui in diversis paroeciis domicilium aut quasi domicilium contraxerint, non sufficiet ut testes adducantur qui ipsos cognoverint a quinque vel sex annis qui examen praecedunt, neque sufficiet ut asserant se sponsos cognoscere a die quo ibidem versantur; unde nisi testes compareant qui testificare possint ipsos nullibi sese impedimentis irretiisse, Parochi aliarum paroeciarum in quibus versati sunt etiam in scriptis rogentur, ut ibidem quoque inquisitio hac de re perficiatur.

658. — Testes interrogentur caute et diligenter ab eisque exigatur in depositionibus causa scientiae.

659. — Inquisitione rite peracta, nisi constiterit sponsos aliquo vel occulto impedimento detineri, ad matrimonium poterunt admitti.

660. — Cum apud nos vigeat consuetudo ab omnibus admissa, quaeque ad praxim facillime dededucitur, collocandi videlicet sponsam in loco tuto auctoritate Parochi, sive quia adiuncta id postulant, sive quia sponsus ita requirit; hoc in casu haec erunt observanda.

661.—Parochus sponsam tuto loco minime tradat custodiendam, nisi examine et inquisitione praeviis rite peractis iustaque interveniente causa.

te podrán informar acerca de ellos con tal que tengan la edad que se requiere: mas si se trata de contrayentes de más edad que hubieren tenido domicilio ó cuasi domicilio en diferentes parroquias, no bastará que se presenten testigos que los hayan conocido cinco ó seis años antes de la presentación, ni será suficiente que aseguren conocer á los esposos desde que viven en el lugar. Por tanto, si no se presentan testigos que puedan dar fe de que en ninguna parte han contraido impedimentos, se exhortará á los Curas de las otras parroquias donde vivieron, para que también ahí se levante información sobre esto mismo.

658.—Se preguntará cuidadosa y diligentemente á los testigos y en las declaraciones se les exigirá la razón de lo que digan.

659. —Hecha debidamente la información, si no consta que los esposos tienen algún impedimento aun oculto, podrán ser admitidos al matrimonio.

660.—Habiendo entre nosotros la costumbre generalmente admitida y que con mucha facilidad se practica, de que con autoridad del Párroco se deposite á la esposa en lugar seguro, ó porque las circunstancias asi lo piden ó porque el esposo asi lo quiere; en este caso se observará lo que sigue:

661.—El Párroco no pondrá en depósito á la esposa en lugar seguro, sino después de haber hecho debidamente el examen y la información y mediante justa causa.

662.—Causae iustae sunt, libertas ad matrimonium et periculum illicitae familiaritatis inter sponsos: prima causa intercedit quando parentes irrationabiliter inviti matrimonium impediunt, vel aliquis extraneus idem facere malitiose intendit, vel denique raptum praecedit: secunda, quando sponsa parentibus et tutoribus orbata est, praecipue si familiaritas inter contrahentes extitit.

663.—Si sponsa in tuto loco est reponenda, stricte inhibemus ne id fiat in domo parochiali aut alterius cuiuscumque sacerdotis.

664.—Parochis caute ac prudenter in his omnibus est procedendum, et quoad fieri potest de parentum sponsae consensu necnon et ipsius sponsi, ne difficultatibus apud civilia tribunalia implicentur.

665. — Inquisitione peracta, matrimonium in ecclesia publice est denuntiandum, iuxta Concilium Tridentinum, quod Sacri Later. Conc. vestigiis inhaerendo praecipit, ut in posterum antequam matrimonium contrahatur ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus festis in ecclesia inter Missarum

662.—Son causas justas, la libertad para el matrimonio y el peligro de familiaridad ilícita entre los esposos: se da la primera causa, cuando los padres, oponiéndose sin razón, estorban el matrimonio; ó cuando algún extraño intenta maliciosamente hacer lo mismo, y por último cuando ha precedido rapto; se da la segunda, cuando la esposa carece de padres y tutores y en especial si existe familiaridad entre los contrayentes.

663.—Si se tiene que poner á la esposa en lugar seguro, prohibimos rigurosamente que esto se haga en la casa parroquial, ó en la de cualquier otro sacerdote.

664.—En todo esto deben los Párrocos proceder con cautela y prudencia y, en cuanto sea posible, contando con el consentimiento de los padres de la esposa como también del mismo esposo, para que no tropiecen con dificultades en los tribunales civiles.

665.—Hecha la información se hará en la iglesia la publicación del matrimonio, conforme al Concilio Tridentino que, siguiendo las huellas del Santo Concilio Lateranense, manda: que en lo sucesivo antes de qne se contraiga el matrimonio, manifieste el propio Párroco públicamente, tres veces, en tres dias festivos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

solemnia publice denuntietur inter quos matrimonium sit celebrandum.

666.—Scopus denuntiationium est ad certitudinem moralem de libertate et canonica idoneitate contrahentium devenire.

667.—Si sponsi igitur in diversis degant paroeciis, uniuscuiusque contrahentis Parochus praedictas denuntiationes peragat, quae etiam fieri debent in aliis paroeciis, ubi sponsi domicilium vel quasi domicilium contraxerint.

668.—Parochus autem matrimonio nullo modo assistere audeat, nisi a Parochis, in quorum paroeciis matrimonium publicatum fuerit certior factus fuerit de tribus denuntiationibus rite peractis, atque ipsorum testimonio constiterit nullum impedimentum fuisse detectum, quod matrimonio celebrando obstare possit.

669.—Quo vero scopus bannorum obtineatur, Parochi fidelibus prudenter exponant impedimenta quae frequentius occurrunt, ipsosque moneant omnes stricta obligatione teneri impedimenta quae forte sciverint aperiendi etsi occulta et dubia.

670.—Si quando bannorum dispensatio pretenda est, Parochi eam non expostulent, nisi ipsis certo moraliter constet sponsos nullo ad contrahendum impedi-

continuos en la iglesia *intra Missarum solemnia*, entre quiénes se va á celebrar el matrimonio.

666.—El fin de las amonestaciones es llegar á la certidumbre moral de la libertad y habilidad canónica de los contrayentes.

667.—En consecuencia, si los esposos vivieren en distintas parroquias, el Párroco de cada contrayente hará dichas amonestaciones, que también deberán hacerse en las demás parroquias donde los esposos hubieren contraido domicilio ó cuasi domicilio.

668.—El Párroco por ningún motivo se atreverá á asistir al matrimonio, sin que los Párrocos en cuyas parroquias se hubiere publicado el matrimonio le certifiquen de haber hecho debidamente las tres amonestaciones, y sin que conste por su testimonio que no se descubrió impedimento alguno que pueda obstar á la celebración del matrimonio.

669.—Y para obtener el fin de las amonestaciones, los Párrocos explicarán prudentemente á los fieles los impedimentos que ocurren con más frecuencia, y les advertirán que todos tienen la estricta obligación de revelar los que tal vez supieren, aunque sean ocultos y dudosos.

670.—Si alguna vez hay que pedir dispensa de banas, no la pedirán los Párrocos sin que les conste con certidumbre moral que los esposos no tienen impe-

mento detineri: Episcopi vero, quibus hanc dispensandi facultatem Synodus Tridentina concessit, eadem non utantur nisi gravi et legitima de causa, quia non semel matrimonium contracturi malitiose hanc dispensationem petunt.

671.—Circa matrimonia peregrinorum, vagorum, militum et exterorum prudentissime agendum est, prae oculis habitis normis a probatis auctoribus traditis et praesertim decretis et instructionibus S. Sedis.

672.—Vagi, milites et exteri diligentissime interrogentur circa locum originis, tempus transactum ab illorum loci separatione, quamnam aetatem tunc habebant, in quibusnam locis sint commorati et per quodnam tempus: de his omnibus Episcopus certior fiat, ut decernat quid faciendum.

673.—Denique prae oculis habeantur decreta S. Sedis, praesertim Instructiones S. Officii an. 1868 et 21 Aug 1676 (1), circa modum probandi obitum alicuius coniugis vel status libertatem.

CAPUT II.—*De matrimonii celebratione.*

674.—Nullus sacerdos matri-

1. Vide App. nn. 13 et 14.

dimento alguno para contraer: por su parte los Obispos, á quienes el Concilio Tridentino concedió esta facultad de dispensar, no usarán de ella sino por grave y legítima causa; porque no es raro que los que van á contraer matrimonio pidan maliciosamente esta dispensa.

671.—En cuanto á los matrimonios de peregrinos, vagos, militares y extranjeros, se obrará con la mayor prudencia y teniendo presentes las reglas que dan autores de nota y en especial los decretos é instrucciones de la Sta. Sede.

672.—Con todo cuidado se preguntará á los vagos, á los militares y á los extranjeros, sobre el lugar de origen, el tiempo transcurrido desde la separación de su pueblo, qué edad tenían entonces, en qué lugares han vivido y por cuánto tiempo: de todo esto se dará cuenta al Obispo para que decrete lo que deba hacerse.

673.—Finalmente, se tendrán á la vista los decretos de la Sta. Sede, y en particular las Instrucciones del Santo Oficio en 1868 y en 21 de Agosto de 1676, en cuanto al modo de probar el fallecimiento de algún cónyuge ó su libertad.

CAPÍTULO II.—*De la celebración del matrimonio.*

674.—Ningún sacerdote osará asistir á un matrimonio sin ex-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

monio assistere praesumat absque Ordinarii vel Parochi expressa licentia et positis ponendis.

675.—Cum ad Sacramenta admitti non debeant qui veritates ad salutem necessarias ignorant, Parochi invigilare debent ne matrimonio assistant eorum qui eiusmodi laborent ignorantia, quin prius edoceantur ac examinentur.

676.—Prae oculis habeant Parochi in hac re sequentia Conc. Mex. III verba: «Parochis etiam praecipitur ne quemquam. . . . . ad benedictionem nuptialem admittant nisi prius illum. . . hortati fuerint, ut Orationem Dominicam, Salutationem angelicam, Antiphonam *Salve Regina*, Symbolum Apostolorum, Fidei Articulos, Praecepta Decalogi, Praecepta Ecclesiae, septem Sacramenta ac septem vitia capitalia, si ea ignoraverit quam primum addiscat;» et interim eum non admittant ad nuptias celebrandas. Adlaborandum autem est Parochis ut haec omnia, non tantum memoriter teneat, sed etiam mente capiat qui ea ignorare comperiatur.

677.—Item quoad statum gratiae necessarium ad hoc sacramentum fructuose suscipiendum volumus observari Conc. Mexicanum III haec habens: «Ex eo magna incommoda et infelices

presa licencia del Ordinario ó del Párroco y *positis ponendis*.

675.—Como quiera que no deben ser admitidos á los Sacramentos los que ignoran las verdades necesarias para salvarse, los Párrocos deben poner cuidado en no asistir al matrimonio de los que se encuentren en tal ignorancia, sin que primero se les enseñe y se les examine.

676.—En este punto los Párrocos recordarán las siguientes palabras del Concilio III Mexicano: «Se manda también á los Párrocos que no admitan á alguno. . . á la bendición nupcial sin que antes le. . . . hubiesen recomendado que aprenda lo más pronto posible el Padre nuestro, el Ave María, la Salve, el Credo, los Artículos de la Fe, los Preceptos del Decálogo, los Mandamientos de la Iglesia, los siete Sacramentos y los siete pecados capitales en caso de que ignorase estas cosas;» y entre tanto no lo admitirán á la celebración del matrimonio. Se empeñarán los Párrocos en hacer que quien ignore esto no solo aprenda todo de memoria, sino que también lo entienda.

677.—Asimismo en cuanto al estado de gracia necesario para recibir con fruto este sacramento, queremos que se observe el Concilio III Mexicano que dice: «Grandes inconvenientes y casos desgraciados tienen su ori-

eventus oriuntur, quod matrimonia nec sincero animo nec ad sacrorum canonum praescriptum contrahuntur. Quare Episcopi et ecclesiastici iudices in executione eorum, quae de sacro matrimonii sacramento iure disposita sunt, omnem operam collocare debent. Quae maxime cupiens haec Synodus praecipit curatis omnibus, tam saecularibus quam regularibus, ut curent diligenter ne aliqui ex sibi subditis prius per verba de praesenti matrimonium contrahant quam peccata sua confiteantur; quo se ad suscipiendam gratiam praeparent quae in hoc sacramento confertur: hoc enim et ad vitam coniugalem cum omni pietate et tranquillitate degendam, et ad prolem educandam ad coelorumque patriam dirigendam convenientissimum principium erit.»

678.—Quamvis matrimonium per procuratorem si debitae conditiones serventur validum sit, tamen nisi mandatum procurationis approbetur in curia episcopali et facultas ab Ordinario obtineatur, Parochus huiusmodi matrimonio non assistat.

679.—Frequenter accidit concubinarios in eadem domo manentes graviter aegrotare et a Parocho auxilia petere spiritualia. His in adiunctis Parochi sequentia prae oculis habeant.

gen en que los matrimonios no se contraen con espíritu sincero ni según lo prescripto por los sagrados cánones. Por esto los Obispos y jueces eclesiásticos deben poner el mayor cuidado en que se ejecute lo que el Derecho dispone acerca del santo sacramento del matrimonio. Deseándolo ardientemente este Sínodo, manda á todos los curas, así seculares como regulares que cuiden con diligencia que ningunos de sus súbditos contraigan matrimonio por palabras de presente antes de haberse confesado, con lo que deben prepararse para recibir la gracia que en este sacramento se confiere: éste será un medio muy adecuado tanto para llevar la vida conyugal con toda piedad y tranquilidad, como para educar á la prole y encaminarla á la patria celestial.»

678.—Aunque es válido el matrimonio contraido por procurador si median las debidas condiciones; sin embargo, el Párroco no asistirá á un matrimonio de estos sin que en la curia episcopal se apruebe el *poder* y se obtenga la autorización del Ordinario.

679.—Sucede con frecuencia que los concubinarios habitando en una misma casa se enferman gravemente y solicitan del Párroco los auxilios espirituales. En estas circunstancias los Párrocos tendrán presente lo que sigue.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

680.—Stricte inhibemus Parochis ne matrimoniis assistant concubinariorum eiusmodi nisi gravi de causa.

681.—Graves causae sunt: 1º legitimatio prolis; 2º bonum spirituale aegroti; et 3º ne morte viri mulier infamata relinquatur.

682.—Si ad matrimonium iuxta dicta procedendum est, ante eius celebrationem ponantur de Iure ponenda: si vero tempus non suppetat instante periculo mortis, Parochus, debita inquisitione peracta, certior factus de eorum habilitate ad contrahendum et dispensatis dispensandis ad matrimonium procedat. Postea vero de omnibus Episcopus certior reddatur.

683.—Caveant tamen Parochi ne temere se gerant in huiusmodi matrimoniis dispensationes elargiendo, quas formaliter non acceperint; a fortiori quas neque ipsi Ordinarii possent concedere. Quare prae oculis habeant specialia indulta apostolica propriis Episcopis concessa, quae ipsis legitime subdelegata fuerint.

680.—Estrictamente prohibimos que los Párrocos asistan á estos matrimonios de concubinarios, si no es por causa grave.

681.—Son causas graves: 1.ª la legitimación de la prole; 2.ª el bien espiritual del enfermo; y 3.ª que por la muerte del varón no quede infamada la mujer.

682.—Si conforme á lo dicho se ha de proceder al matrimonio, antes de su celebración se cumplirán los requisitos de Derecho: mas si hubiere peligro de muerte y el tiempo no alcanzare, el Párroco procederá al matrimonio hecha la debida información, persuadido de la habilidad de aquellos para contraer y *dispensatis dispensandis*. Después se dará cuenta de todo al Obispo.

683.—Se guardarán empero los Párrocos de obrar precipitadamente concediendo en estos matrimonios dispensas que formalmente no hayan recibido, y mucho menos las que ni los mismos Ordinarios pudieran conceder. Por esta razón tendrán presentes los privilegios apostólicos otorgados á los propios Obispos y que á ellos se les hayan subdelegado.

Caput III.—*De matrimoniis mixtis et de matrimonio dicto civili.*

684.—Cum de aliquo matrimonio mixto ineundo agatur, Parochus omni prudentia et zelo catholicam partem ab hoc matrimonio deterrere satagat, eamque doceat Ecclesiam ab eiusmodi matrimoniis semper abhorruisse, tum ob flagitiosam in divinis communicationem, tum ob impendens catholico coniugi perversionis periculum, tum ob pravam sobolis institutionem. (Instr. edita iussu Pii IX d. 15 Nov. 1858).

Capítulo III.—*De los matrimonios mixtos y del llamado matrimonio civil.*

684.—Cuando se trate de celebrar algún matrimonio mixto, el Párroco con toda prudencia y celo se esforzará en disuadir de ese matrimonio á la parte católica, y le enseñará que la Iglesia siempre ha mirado con aversión tales matrimonios, ya por la criminal comunicación en las cosas divinas, ya por el inminente peligro de perversión para el cónyuge católico, ya por la mala educación de la prole. (Instrucción publicada por mandato de S. S. Pio IX en 15 de Noviembre de 1858).

685.—Si his non obstantibus matrimonium huiusmodi contrahere volentes in suo proposito pertinaciter perseverent, Parochus de omnibus Episcopum certiorem reddat et causas veraciter exponat. Ad celebrationem vero matrimonii minime gressum faciat nisi dispensatione prius rite obtenta ac necessariis cautionibus praemissis: pars nempe catholica promittere debet pro viribus adlaboraturam ut pars acatholica ad fidem convertatur; pars autem acatholica spondere debet se nunquam parti catholicae obstaculo futuram quominus onera et officia catholicorum propria adimpleat; ambobus vero in tuto ponenda institutio universae sobolis utriusque sexus in Religione catholica: et haec omnia sub iuramento promittantur.

686.—Episcopus vero facultate dispensandi ab Apostolica Sede obtenta minime utantur nisi memoratae cautiones in tuto rite ponantur: et adamussim serven-

685.—Si no obstante esto los que pretenden contraer esta clase de matrimonio insisten pertinazmente en su determinación, el Párroco dará cuenta de todo al Obispo y le expondrá con verdad las causas. De ningún modo procederá á celebrar el matrimonio sin haber obtenido de antemano la dispensa, y sin haber arreglado las condiones necesarias, á saber: la parte católica debe prometer que ha de trabajar con todas sus fuerzas, para que la parte no católica se convierta á la fe; y la parte no católica debe prometer que nunca impedirá á la parte católica el cumplimiento de las obligaciones y prácticas propias de los católicos; y con ambos hay que asegurar la educación de toda la prole de uno y otro sexo en la religión católica: todo esto lo prometerán bajo juramento.

686.—Por su parte el Obispo no usará de la facultad de dispensar obtenida de la Sede Apostólica, si no se garantizan convenientemente las refe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur instructiones S. Sedis una cum decretis quae de hac re lata sunt.

687.—Sciant Parochi mixtas hasce nuptias extra ecclesiam nulla benedictione adhibita aut sacro ritu celebrandas esse.

688.—Denique Parochi, nisi praevideant monitionem certo non fore profuturam, et scandalum insuper adsit, moneant partem catholicam de gravissimo peccato quod patrat et de censuris in quas incurrit, si coram ministro haeretico ad consensum matrimonialem praestandum vel renovandum se sisteret.

689.—Doctrinam catholicam de sacramento matrimonii Parochi in concionibus prudenter fidelibus inculcent ad mentem Pii IX, Alloc. *Acerbissimum*, 27 Septembris 1852: scilicet, « matrimonium esse vere et proprie unum ex septem Evangelicae Legis Sacramentis, a Christo Domino institutum, ac propterea inter fideles matrimonium dari non posse, quin uno eodemque tempore sit sacramentum; atque idcirco quamlibet aliam inter christianos viri et mulieris praeter sacramentum coniunctionem, cuiuscumque etiam civilis legis vi factam, nihil aliud esse, nisi turpem et exitialem concubinatum ab Ecclesia tantopere damnatum: ac proinde a coniu-

ridas condiciones: se cumplirán al pie de la letra las instrucciones de la Santa Sede, lo mismo que los decretos que sobre esta materia se han dado.

687.—Recuerden los Párrocos que estos matrimonios mixtos tienen que celebrarse fuera de la iglesia sin ninguna bendición ni rito sagrado.

688.—Finalmente, los Párrocos, á no ser que prevean que la advertencia no ha de ser provechosa, y que además no hay escándalo; harán saber á la parte católica el gravísimo pecado que comete y las censuras en que incurre, en caso de que se presente ante el ministro hereje á dar ó renovar el consentimiento matrimonial.

689.—Los Párrocos en sus sermones inculcarán prudentemente á los fieles la doctrina católica acerca del sacramento del matrimonio, conforme á la mente del Sr. Pío IX en su Alocución *Acerbissimum*, en 27 de Septiembre de 1852: á saber, « que el matrimonio es verdadera y propiamente uno de los siete Sacramentos de la Ley Evangélica, instituído por Cristo Señor nuestro, y que por tanto no puede haber matrimonio entre los fieles sin que al mismo tiempo sea Sacramento; así pues, que cualquiera otra unión del varón y la mujer entre los cristianos, fuera del sacramento, aun hecha en fuerza de cualquiera ley civil, no es otra cosa que un torpe y criminal concu-

gali foedere sacramentum separari nunquam posse, et omnino spectare ad Ecclesiae potestatem ea omnia decernere quae ad idem matrimonium quovis modo possint pertinere. »

690.—Lugendum certe utpote in perniciem animarum maxime cedens, quod catholici nonnulli coram civili magistratu tantum compareant matrimonium inituri: ideoque totis viribus ab hoc damnationis statu avertendi sunt. Improbanda est etiam negligentia eorum qui postquam verum matrimonium in facie Ecclesiae contraxerint iura mere civilia sibi, coniugi et proli sarta tectaque servare non curant, coram civili magistratu haud comparentes; unde etiam improborum pravitate ansa praebetur, proprio relicto legitimo coniuge, alteri civili tantum foedere adhaerere. Quapropter ad evitanda pericula quae ex hodiernis legibus civilibus facile oriri possunt, Parochis indicimus ut in concionibus et privatim parentes sponsae graviter moneant, ne ulla de causa permittant sponsam de paterna domo abduci, quin prius sponsi propriae conscientiae consulerint per verum matrimonium in forma Ecclesiae consueta; deinde filiam sponso tradant antequam eiusdem civilia iura coram

hinato condenado muchas veces por la Iglesia; y en consecuencia, que el sacramento no puede separarse nunca del contrato conyugal, y que absolutamente corresponde á la potestad de la Iglesia legislar sobre todo aquello que de algún modo pueda relacionarse con el mismo matrimonio. »

690.—Es de lamentarse en verdad, pues que ante todo redunda en ruina de las almas, que algunos católicos sólo se presenten ante el juez civil para contraer matrimonio: por esto con el mayor esfuerzo hay que apartarlos de ese estado de condenación. También debe reprobarse el descuido de aquellos, que después de haber contraido el verdadero matrimonio *in facie Ecclesiae*, no procuran salvar sus derechos meramente civiles, los del cónyuge y de la prole, no compareciendo ante el magistrado civil, por donde también se da ocasión á la malicia de los perversos, á que dejando el propio y legítimo cónyuge se una con otra solo por la ceremonia civil. Así pues, para evitar los peligros que fácilmente pueden sobrevenir de las actuales leyes civiles, mandamos á los Párrocos que en los sermones y en privado amonesten á los padres de la esposa, para que por ningún motivo permitan que ésta salga de la casa paterna, sin que los esposos hubieren antes cumplido con la propia conciencia por medio del

civili magistratu in tuto posita fuerint: ad quod obtinendum, praemittantur matrimonio, saltem quoties necessarium iudicetur, attentis indole sponsi et adiunctis familiae eiusdem, opportunae et validae promissiones ex parte sponsi eiusque familiae.

691.—Si quis postquam matrimonium contraxerit in facie Ecclesiae, superstite adhuc coniuge, aliud attentaverit matrimonium contrahere coram civili magistratu, ipso facto excommunicationem incurrit Episcopo reservatam.

692.— Catholicorum officium est matrimonium in facie Ecclesiae celebrare priusquam civilis coeremonia coram civili magistratu compleatur; si quis vero contra egerit, ac intra duos menses coram proprio Parocho vel coram Episcopo non comparuerit, eo scilicet fine ut, sive per matrimonium coram Ecclesia legitimandum seu celebrandum, (si, attentis omnibus, civilis illa coniunctio legitimanda iudicetur), servatis de Iure servandis, sive per legalem separationem, efficaciter consulat conscientiae suae, excommunicationem incurrit ipso facto Episcopo reservatam.

matrimonio verdadero en la forma que acostumbra la Iglesia; además que no entreguen la hija al esposo antes de que sus derechos civiles se hayan asegurado en presencia del juez civil: para conseguirlo, por lo menos siempre que se juzgue necesario, teniendo en cuenta el carácter del esposo y las circunstancias de su familia; exíjase antes del matrimonio canónico oportunas y eficaces promesas de parte del esposo y su familia.

691.—Si alguno, después de haber contraido matrimonio *in facie Ecclesiae*, y viviendo todavía su cónyuge, intentare contraer otro matrimonio ante el magistrado civil, incurre *ipso facto* en excomunión reservada al Obispo.

692.—Es deber de los católicos celebrar el matrimonio *in facie Ecclesiae*, antes de que se verifique la ceremonia civil en presencia del juez civil: si alguno hiciere lo contrario, y en el término de dos meses no compareciere ante el propio Párroco ó el Obispo, con el fin de arreglar eficazmente su conciencia, ó por medio de la legitimación ó celebración del matrimonio eclesiástico siguiendo los trámites de Derecho, (si atendidas las circunstancias se juzga que dicha unión civil puede ser legitimada); ó por medio de la separación legal; incurre *ipso facto* en excomunión reservada al Obispo.

TITULUS IX.
DE INDULGENTIIS.

693.—Ab Episcopis monendi sunt Parochi aliique animarum rectores ut usum et effectus indulgentiarum populum edoceant: ita fiet ut debita cum dispositione ad eas lucrandas accedat, et periculum avertatur ne illis propria ex ignorantia vel ex aliena malitia abutatur.

694.—Saepe inveniuntur fideles qui penitus ignorant quid veniat nomine indulgentiae quadragenarum, septem annorum, quid verbis indulgentiae plenariae et partialis significetur, et quod magis lugendum est nesciunt per indulgentiam eis applicari thesaurum Ecclesiae, nec intelligunt quid significetur indulgentiae verbo. Ideoque sedulo dissolvenda est huiusmodi ignorantia ubicumque inveniatur.

695.—Quia nonnunquam indulgentiae apocryphae pro veris a fidelibus habentur, muneris Episcoporum et Parochorum est diligenter invigilare in re tanti momenti, ut illae indulgentiae apocryphae vel dubiae de medio tollantur.

696.—Episcopi etiam sedulo examinent Rescripta et Brevia in quibus indulgentiae conceduntur.

697.—Sacerdotes facultate gaudentes aliquas indulgentias concedendi, v. g. confratribus nonnullorum piorum sodalitio-

TÍTULO IX.
DE LAS INDULGENCIAS.

693.—Los Obispos exhortarán á los Párrocos y demás directores de almas á que enseñen al pueblo el uso y los efectos de las indulgencias; de este modo se conseguirá que se acerque á ganarlas con la disposición debida, y se evitará el peligro de que abuse de ellas ó por propia ignorancia ó por agena malicia.

694.—Hay muchos fieles que ignoran completamente qué se entiende por indulgencia de cuarentenas, de siete años, qué significa indulgencia plenaria y parcial y, lo que es aun más triste, ignoran que por medio de la indulgencia se les aplica el tesoro de la Iglesia, ni saben lo que significa la palabra indulgencia. Por tanto hay que desterrar empeñosamente esa ignorancia donde quiera que se encuentre.

695.—Como los fieles suelen tener indulgencias apócrifas por verdaderas, es deber de los Obispos y de los Párrocos vigilar con diligencia sobre punto tan importante, para desterrar las indulgencias apócrifas ó dudosas.

696.—Los Obispos examinarán también cuidadosamente los Rescriptos y Breves en que se concedan indulgencias.

697.—Los sacerdotes que gozan de la facultad de conceder algunas indulgencias, por ejemplo, á los cofrades de algunas

civili magistratu in tuto posita fuerint: ad quod obtinendum, praemittantur matrimonio, saltem quoties necessarium iudicetur, attentis indole sponsi et adiunctis familiae eiusdem, opportunae et validae promissiones ex parte sponsi eiusque familiae.

691.—Si quis postquam matrimonium contraxerit in facie Ecclesiae, superstite adhuc coniuge, aliud attentaverit matrimonium contrahere coram civili magistratu, ipso facto excommunicationem incurrit Episcopo reservatam.

692.— Catholicorum officium est matrimonium in facie Ecclesiae celebrare priusquam civilis coeremonia coram civili magistratu compleatur; si quis vero contra egerit, ac intra duos menses coram proprio Parocho vel coram Episcopo non comparuerit, eo scilicet fine ut, sive per matrimonium coram Ecclesia legitimandum seu celebrandum, (si, attentis omnibus, civilis illa coniunctio legitimanda iudicetur), servatis de Iure servandis, sive per legalem separationem, efficaciter consulat conscientiae suae, excommunicationem incurrit ipso facto Episcopo reservatam.

matrimonio verdadero en la forma que acostumbra la Iglesia; además que no entreguen la hija al esposo antes de que sus derechos civiles se hayan asegurado en presencia del juez civil: para conseguirlo, por lo menos siempre que se juzgue necesario, teniendo en cuenta el carácter del esposo y las circunstancias de su familia; exíjase antes del matrimonio canónico oportunas y eficaces promesas de parte del esposo y su familia.

691.—Si alguno, después de haber contraido matrimonio *in facie Ecclesiae*, y viviendo todavía su cónyuge, intentare contraer otro matrimonio ante el magistrado civil, incurre *ipso facto* en excomunión reservada al Obispo.

692.—Es deber de los católicos celebrar el matrimonio *in facie Ecclesiae*, antes de que se verifique la ceremonia civil en presencia del juez civil: si alguno hiciere lo contrario, y en el término de dos meses no compareciere ante el propio Párroco ó el Obispo, con el fin de arreglar eficazmente su conciencia, ó por medio de la legitimación ó celebración del matrimonio eclesiástico siguiendo los trámites de Derecho, (si atendidas las circunstancias se juzga que dicha unión civil puede ser legitimada); ó por medio de la separación legal; incurre *ipso facto* en excomunión reservada al Obispo.

TITULUS IX.
DE INDULGENTIIS.

693.—Ab Episcopis monendi sunt Parochi aliique animarum rectores ut usum et effectus indulgentiarum populum edoceant: ita fiet ut debita cum dispositione ad eas lucrandas accedat, et periculum avertatur ne illis propria ex ignorantia vel ex aliena malitia abutatur.

694.—Saepe inveniuntur fideles qui penitus ignorant quid veniat nomine indulgentiae quadragenarum, septem annorum, quid verbis indulgentiae plenariae et partialis significetur, et quod magis lugendum est nesciunt per indulgentiam eis applicari thesaurum Ecclesiae, nec intelligunt quid significetur indulgentiae verbo. Ideoque sedulo dissolvenda est huiusmodi ignorantia ubicumque inveniatur.

695.—Quia nonnunquam indulgentiae apocryphae pro veris a fidelibus habentur, muneris Episcoporum et Parochorum est diligenter invigilare in re tanti momenti, ut illae indulgentiae apocryphae vel dubiae de medio tollantur.

696.—Episcopi etiam sedulo examinent Rescripta et Brevia in quibus indulgentiae conceduntur.

697.—Sacerdotes facultate gaudentes aliquas indulgentias concedendi, v. g. confratribus nonnullorum piorum sodalitio-

TÍTULO IX.
DE LAS INDULGENCIAS.

693.—Los Obispos exhortarán á los Párrocos y demás directores de almas á que enseñen al pueblo el uso y los efectos de las indulgencias; de este modo se conseguirá que se acerque á ganarlas con la disposición debida, y se evitará el peligro de que abuse de ellas ó por propia ignorancia ó por agena malicia.

694.—Hay muchos fieles que ignoran completamente qué se entiende por indulgencia de cuarentenas, de siete años, qué significa indulgencia plenaria y parcial y, lo que es aun más triste, ignoran que por medio de la indulgencia se les aplica el tesoro de la Iglesia, ni saben lo que significa la palabra indulgencia. Por tanto hay que desterrar empeñosamente esa ignorancia donde quiera que se encuentre.

695.—Como los fieles suelen tener indulgencias apócrifas por verdaderas, es deber de los Obispos y de los Párrocos vigilar con diligencia sobre punto tan importante, para desterrar las indulgencias apócrifas ó dudosas.

696.—Los Obispos examinarán también cuidadosamente los Rescriptos y Breves en que se concedan indulgencias.

697.—Los sacerdotes que gozan de la facultad de conceder algunas indulgencias, por ejemplo, á los cofrades de algunas

rum, deferentibus scapulare etc., ne eas denegent fidelibus in mortis articulo constitutis. Si de indulgentia Const. *Pia Mater* Benedicti XIV agatur, excitent infirmos «praesertim ad ipsam mortem aequo ac libenti animo de manu Domini suscipiendam in satisfactionem poenarum quas peccando promeruerunt.» Invocatio etiam saltem mentalis Sanctissimi Nominis *Iesu*, quando aegrotus est sui compos, ut conditio sine qua non ei iniungenda est.

asociaciones piadosas, á los que que portan un escapulario, etc., no las negarán á los fieles que estén en artículo de muerte. Si se trata de la indulgencia de Benedicto XIV, Constitución *Pia Mater*, exhortarán á los enfermos «sobre todo á recibir con resignación y buena voluntad la misma muerte de mano del Señor, en satisfacción de las penas que han merecido por los pecados.» Como condición *sine qua non* debe unírsele la invocación al menos mental del Santísimo Nombre de *Jesús*, si el enfermo está en sus sentidos.

698.—Pro indulgentiis lucrandis et uberrimis fructibus percipiendis vix invenire possumus aliud pium exercitium aptius illo quod Via-Crucis vocatur: quare enixe fidelibus commendetur. «Compertum enim est hoc sancto exercitio pie ac devote peracto paulatim assuescere fideles quoscumque ad meditandum, eosque exercitari ad mores reformandos.» (S. C. Indulg. 3 Apr. 1731).

698.—Apenas podrá hallarse un piadoso ejercicio más á propósito que el llamado Vía-Crucis, para ganar indulgencias y alcanzar copiosísimos frutos: por esto hay que recomendarlo encarecidamente á los fieles. «Pues es sabido que cuando este santo ejercicio se practica piadosa y devotamente, todos los fieles se acostumbran poco á poco á meditar y se enseñan á reformar sus costumbres.» (S. C. de Indulg., 3 de Abril de 1731).

699.—Opportunum ducimus animadvertere quod soli sacerdotes facultatem habentes possunt erigere stationes Viae-Crucis, Episcopi tamen venia toties quoties in scriptis obtenta, et annuente Parocho seu Rectore Ecclesiae.

699.—Creemos oportuno advertir que sólo los sacerdotes que tienen facultad pueden erigir las estaciones del Vía-Crucis, pero con licencia por escrito del Obispo, obtenida para cada caso y con anuencia del Párroco ó rector de la iglesia.

700.—Optandum quod in unaquaque Ecclesia inveniatur altare priviligiatum pro animabus

700.—Es de desearse que en cada iglesia haya un altar privilegiado para las almas del Pur-

in Purgatorio detentis; sed ut vitetur omnis superstitionis occasio, de hoc erudiantur fideles; nam per indulgentiam altari privilegiato adnexam, si spectetur mens concedentis et usus potestatis clavium, intelligendam esse indulgentiam plenariam, quae animam statim liberet ab omnibus Purgatorii poenis; si vero spectetur applicationis effectus, intelligendam esse indulgentiam cuius mensura divinae misericordiae beneplacito et acceptationi respondet. (S. C. Indulg. 28 Iul. 1840).

gatorio; mas sobre esto se instruirá á los fieles para evitar todo motivo de superstición; pues por la indulgencia anexa á un altar privilegiado, si se atiende á la mente de quien la concede y al uso de la potestad de las llaves, debe entenderse una indulgencia plenaria que en el instante libra al alma de todas las penas del Purgatorio; pero si se tiene en cuenta el efecto de la aplicación, debe entenderse una indulgencia cuya medida corresponde al beneplácito y aceptación de la divina misericordia. (S. C. de Indulg. 28 de Julio de 1840).

TITULUS X.

DE BENEDICTIONIBUS ET REBUS BENEDICTIS.

701.—Noverit sacerdos res quas ipse benedicere potest quasve tantum Episcopus, ne maioris dignitatis munera temere aut imperite unquam usurpet. Quamvis enim omnibus sacerdotibus dictum sit quod queacumque benedixerint benedicantur, pro diversis tamen benedictionibus diversi sunt ab Ecclesia ministri deputati.

TÍTULO X.

DE LAS BENDICIONES Y DE LAS COSAS BENDITAS.

701.—Sepa el sacerdote las cosas que le corresponde bendecir y las que sólo corresponden al Obispo, para no arrogarse por temeridad ó ignorancia facultades de mayor dignidad. Aunque á todos los sacerdotes se ha dicho que todo lo que bendigan quedará bendito, sin embargo, la Iglesia ha designado diversos ministros para las diversas bendiciones.

702.—Meminerint etiam ministri benedictionum has invalidas esse; si omittantur debitae formae aut preces ab Ecclesia praescriptae, vel si materia non sit praesens, vel si non adhibeantur ritus ab Ecclesia approbati;

702.—Recuerden igualmente los ministros de las bendiciones, que éstas son inválidas, si se omiten las formas debidas ó sea las oraciones prescriptas por la Iglesia; ó si la materia no está presente; ó si no se usan los ritos

ita ut si orationes et signa ab Ecclesia praescripta omittantur, vel ita mutentur ut destruatur significatio principalis, nulla sit benedictio.

703.—In benedictionibus, Pontificali, Rituali vel Missali romano sacerdotes utantur; vel etiam manualibus ab Episcopo approbatis et cum originalibus a S. R. C. probatis concordantibus. Pro benedictione nuptiali ea adhibenda est formula quae habetur in Missali romano ad Missam *Pro sponso et sponsa*.

704.—Vasa sacra vendere aut in usum profanum convertere minime licet, nisi praevia Episcopi licentia servatisque de Iure servandis, et dummodo fusione primam formam amiserint.

705.—Mulieres, quae civiliter tantum coniunctae sunt vel quarum proles quomodocumque fuerit illegitima, nullum ius habent ad benedictionem mulieris post partum.

TIUULUS XI.

DE SEPULTURA.

706.—Parochi moneant fideles ut cognatorum vel propinquorum defunctorum nomina deferant ut in libris parochialibus inscribantur; et uti catholicos decet iuxta morem et ritum Ecclesiae sepeliantur.

aprobados por la Iglesia; por manera que si no se emplean las oraciones y ceremonias determinadas por la Iglesia, ó se cambian de tal modo que se destruya el significado principal, la bendición es nula.

703.—Los sacerdotes usarán en las bendiciones el Pontifical, el Ritual y el Misal Romano; y también los manuales aprobados por el Obispo y conformes con los originales aprobados por la Sagrada Congregación de Ritos. Para la bendición nupcial ha de usarse la fórmula que existe en el Misal Romano en la Misa *pro sponso et sponsa*.

704.—Por ningún motivo se permite vender los vasos sagrados ó dedicarlos á uso profano, sin previa licencia del Obispo *servatis de Iure servandis*, y siempre que por la fundición hayan perdido la primitiva forma.

705.—Las mujeres que sólo están unidas civilmente, ó cuya prole por cualquiera causa fuere ilegítima, ningún derecho tienen á la bendición de la mujer después del parto.

TÍTULO XI.

DE LA SEPULTURA.

706.—Los Párrocos exhortarán á los fieles á que presenten los nombres de los deudos y parientes difuntos, para que se hagan constar en los libros parroquiales; y á que se sepulten según la costumbre y rito de la

707.—Curent Parochi ut non tantum divitum sed etiam pauperum cadavera sepeliantur iuxta ritum Ecclesiae, etiamsi aliquid vel totum remittant de iuribus parochialibus.

708.—Caveant Parochi ne cantores; qui absque sacerdote cadavera comitari solent in pagis praesertim indorum, aliquem ritum exequantur ex iis qui a sacerdote tantum fieri debent.

709.—Si iniuria legum civilium prohibetur quominus cadavera in ecclesiam deferantur, Parochus in domo ipsa defuncti officium defunctorum persolvere curet.

710.—Cadaverum crematio ab omnibus catholicis reiicienda est, utpote ethnicos referens mores, in odium christianae religionis apud alias nationes restituta, et christianorum moribus erga defunctorum fidelium cadavera omnino opposita.

711.—Prae oculis habeant Parochi quibus deneganda est ecclesiastica sepultura ne communicemus defunctis cum quibus dum vitam degebant non communicavimus.

712.—Ante benedictionem oportet coemeteria circumdari muro et alta cruce muniri: benedictio autem coemeterii ab Episcopo vel eius deputato fieri debet: in

Iglesia como conviene á los católicos.

707.—Procuren los Párrocos que no solo los cadáveres de los ricos sino que también los de los pobres, se entierren conforme al rito de la Iglesia, aunque perdonen en todo ó en parte los derechos parroquiales.

708.—Eviten los Párrocos que los cantores que suelen acompañar sin sacerdote los cadáveres, principalmente en los pueblos de indígenas, practiquen algún rito de los que solo deben hacerse por un sacerdote.

709.—Si por injusticia de las leyes civiles se prohibe que los cadáveres sean llevados á la iglesia, procurará el Párroco rezar el oficio de difuntos en la misma casa del difunto.

710.—Todos los católicos deben desechar la cremación de los cadáveres como que recuerda costumbres paganas, que ha sido restablecida en otras naciones por odio á la religión cristiana, y que se opone completamente á los usos de los cristianos para con los cuerpos de los fieles difuntos.

711.—Tengan presente los Párrocos á quiénes se ha de negar la sepultura eclesiástica, para que no nos comuniquemos con difuntos con quienes no nos comunicamos mientras vivían.

712.—Es conveniente que antes de que se bendigan los cementerios se les rodee de un muro y se les ponga una cruz elevada; la bendición del cemente-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

coemeteriis semel benedictis humari tantum possunt qui in communione Ecclesiae defuncti sunt.

713.—Prisca coemeteria, quae ut plurimum apud nos in atriis Ecclesiarum sita sunt, veneratione esse digna neminem latet.

714.—Curent ergo Parochi et ii quorum curae commissa sunt ut nihil sordidum nihilque profanum in illis appareat. Muri et sepes quibus circumducuntur destrui non patiantur, sed perpetuo erecti ac sera muniti sint. Quod si aliquid contra eorum integritatem tentetur, absque mora Episcopum certiorem reddant et ab ipso agendi normam accipiant.

715.—Relate ad coemeteria civiliter saecularizata vel profanata accurate serventur canonicae praescriptiones, et praesertim prae oculis habeantur normae a S. Officio editae die 13 Febr. 1862.

716.—Nihil in coemeteriis fiat, quod vanitatem redoleat, nihil quod fideles e piis cogitationibus abstrahat. Sedulo vero praecipue caveatur oportet ne inscriptiones sepulcris affixae quidquam exprimant a fide christiana alienum: nec desideretur in eis crucis signum. Prohibemus ne coram sepulcris, tam in coemeterio debe hacerse por el Obispo ó su delegado: en los cementerios ya benditos sólo pueden sepultarse los que han muerto en el seno de la Iglesia.

713.—A nadie se oculta que son dignos de respeto los antiguos cementerios que entre nosotros comunmente están situados en los atrios de las iglesias.

714.—Por tanto cuidarán los Párrocos y aquellos á cuyo cuidado están estos cementerios, de que en ellos nada se encuentre menos limpio y nada profano. No permitirán que se destruyan los muros y bardas que los rodean, sino que estén siempre en pie y cerrados con llave. En caso de que se intentare algo contra su integridad, darán cuenta al Obispo sin tardanza, quien les indicará la conducta que han de seguir.

715.—Con respecto á los cementerios secularizados por la ley civil ó profanados, se observarán puntualmente las prescripciones canónicas y en especial se tendrán presentes las reglas del Santo Oficio dadas en 13 de Febrero de 1862.

716.—En los cementerios no se hará nada que ostente vanidad, nada que retraiga de piadosos pensamientos á los fieles. Conviene sobre todo que se evite con especial empeño que las inscripciones puestas en los sepulcros expresen algo que se aparte de la fe cristiana; y que no falte en éstos la insignia de la cruz. Pro-

riis quam in templis, lampades accendantur. Denique totis viribus curandum est ut in coemeteriis, etiam civiliter saecularizatis seu profanatis, nihil toleretur quod a christiana modestia, gravitate et urbanitate alienum existat; arceantur praesertim ab omnibus coemeteriis comessationes et ebrietates.

717.—Coemeteria a municipiis erecta et mere civilia, quamvis ob defectum coemeterii catholici (cui defectui pro viribus occurrendum), nullatenus benedicantur, vel si benedicenda sint, adhibeatur benedictio in Rituali Romano designata pro benedictione coemeterii novi.

hibimos que se enciendan lámparas delante de los sepulcros así en los cementerios como en las iglesias. Finalmente hay que cuidar por todos los medios de que en los cementerios, aun los secularizados civilmente ó profanados, nada se tolere que sea contrario á la modestia, gravedad y decencia cristianas; en particular se desterrarán de los cementerios las glotonerías y embriagueces.

717.—Por ningún motivo se bendecirán los cementerios erigidos por los municipios y meramente civiles, aunque sea porque falte cementerio católico (defecto que debe urgentemente remediarse), y si han de bendecirse se usará la bendición designada en el Ritual Romano para el nuevo cementerio.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS IV.

DE BONIS ECCLESIASTICIS ET EORUM ADMINISTRATIONE.

TITULUS I.

DE OBLATIONIBUS

718.—Oblationes seu munera illa quae a fidelibus Deo et Ecclesiae sponte offeruntur, ad Parochum loci pertinent, nisi de alia intentione offerentium vel ex consuetudine, vel ex communi persuasione, vel ex circumstantiis, vel aliunde constet.

719.—Ubi vero de hac alia offerentium voluntate constiterit, tunc Parochus non de illis disponat pro lubitu suo, sed eas applicet iuxta mentem offerentium, quae in omni casu attendi debet.

720.—Quoad oblationes quas tam intra quam extra ecclesiam fideles exhibent alicui imagini, Parochus aut rector illius ecclesiae eas applicet ad cultum illius fovendum, et ad fabricam ac ornatum ecclesiae vel sacelli ubi illa venerationi exponitur.

PARTE IV.

DE LOS BIENES ECLESIÁSTICOS Y DE SU ADMINISTRACIÓN.

TÍTULO I.

DE LAS OBLACIONES.

718.—Las oblaciones ó los dones que los fieles ofrecen espontáneamente, pertenecen al Párroco del lugar, á no ser que conste que es otra la intención de los donantes ó por costumbre, ó por común inteligencia, ó por las circunstancias, ó por otro motivo.

719.—Siempre que constare de esta diferente voluntad de los donantes, el Párroco no dispondrá de ellas á su arbitrio, sino que las empleará conforme á la intención de los que las ofrecen, á la que se debe atender en todo caso.

720.—En cuanto á las oblaciones que los fieles hacen á alguna imagen así dentro como fuera de la iglesia, las aplicará el Párroco ó rector de dicha iglesia para promover su culto y para la fábrica y ornato de la iglesia ó capilla en que se expone á la veneración.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

721.—Quod ut efficacius fiat, optandum omnino est ut administratio oblationum quae in nonnullis ecclesiis penes laicos est ad Parochum devolvatur; qui tamen in omni casu tam ingressus, quam egressus diligenter curet annotari in libro ad hoc specialiter destinato, eademque diligentia invigilet ne oblationes fidelium in finem profanum distrahantur.

722.—Quod si aliquid de oblationibus superfuerit postquam fini intento ab offerentibus satisfactum fuerit, de eis nequeat disponere Parochus nisi de Ordinarii consensu, cui quotannis de quantitate residua rationem reddere tenetur. (S. C. C. 28 Sept. 1888).

723.—Rectores illarum ecclesiarum quae extra urbem episcopalem inveniuntur, licet ab Ordinario nominati et non obstante contraria consuetudine, nullam indicent collectam extra ecclesiam faciendam, sive ad cultum fovendum, sive ad reparationem ipsius ecclesiae, nisi de consensu Parochi.

724.—Eamdem ob causam, ac etiam ad vitandos abusus qui hac in re irrepere possunt, nemo oblationes alibi colligat, nisi de proprii Parochi consensu necnon et Parochi loci ubi oblationes colliguntur.

725.—Parochus autem, quamvis iustis de causis possit prohibere ne quis intra suae iurisdictionis finem collectam instituat, id tamen prohibere nequit cum non ab alio Parocho, sed ab ipso Ordinario alicui tributa est facultas eleemosynas in Dioecesi colligendi. Neque potest prohibere ne collectas faciant illi, qui speciali et indubitato indulto vel privilegio Apostolico gaudeant ad collectas peragendas, dummodo stent normis a Sancta Sede statutis et conditionibus ipsius indulti seu privilegii.

721.—Para que esto se consiga más eficazmente, seria muy de desearse que se devuelva al Párroco la administración de las oblaciones que en algunas iglesias está en manos de seglares, pero aquel en todo caso procurará que se anoten con cuidado los ingresos y egresos en un libro destinado al efecto, y vigilará con el mismo cuidado que las donaciones de los fieles no se destinen á un fin profano.

722.—En el caso de que sobrare algo de las oblaciones después de haber llenado el fin que se propusieron los donantes, el Párroco no podrá disponer de ello sino con licencia del Ordinario, á quien tiene que rendir cuenta anual del sobrante (S. C. del C. 28 de Septiembre de 1888).

723.—Los rectores de las iglesias que se hallan situadas fuera de la ciudad episcopal, aun los nombrados por el Ordinario y no obstante la costumbre contraria, no promoverán que se colecte fuera de la iglesia, ya sea para fomentar el culto, ya para la reparación del mismo templo, sino con consentimiento del Párroco.

724.—Por la misma razón y para evitar los abusos que en esto suelen cometerse, ninguno recogerá limosnas en otra parte sino con licencia del propio Párroco, así como también con la del Párroco del lugar donde se colectan las limosnas.

725.—Mas el Párroco, aunque por justas causas puede impedir que alguno colecte dentro de los términos de su jurisdicción; sin embargo, no puede prohibirlo cuando no por otro Párroco sino por el Ordinario se ha dado á alguno licencia para colectar limosnas en la Diócesis. Ni puede prohibir que colecten los que gozan de especial y verdadero indulto ó privilegio Apostólico para recoger limosnas, siempre que se sujeten á las reglas establecidas por la Sta. Sede y á las condiciones de dicho indulto ó privilegio.

726.—Regulares demum in suis ecclesiis possunt stipites fixos apponere vel mensas parare ad recipiendas oblationes fidelium, quia id a Iure ipsis concessum est; sed nequeunt sollicitare, inducere et invitare populum per publicam promulgationem ad oblationes in suis ecclesiis faciendas. Attamen standum est consuetudini, si alicubi contraria fuerit. Idque dictum sit, salvis privilegiis Apostolicis alicui familiae regulari certo concessis.

727.—Cum Romanus Pontifex, ob sacrilegam praesertim Ditionis Pontificiae expoliationem, fidelium oblationibus non parum indigeat, ad hoc ut Ecclesiae ipsius regimini, fidei propagationi, necnon totius Romanae Curiae decori consulere possit; officium certe sanctum simul ac gratissimum Episcopis et Clericis erit tum ex propriis redditibus, tum ex fidelium oblationibus, eidem Supremo Ecclesiae

726.—Finalmente, los regulares en sus iglesias pueden poner cepos fijos ó disponer mesas para recibir las limosnas de los fieles, porque esto se lo concede el Derecho; pero no pueden por pública exhortación pedir, inducir é invitar al pueblo á que dé limosnas. Sin embargo se seguirá la costumbre si en algún lugar fuese contraria. Esto se ha dicho salvos los privilegios Apostólicos concedidos ciertamente á alguna familia regular.

727.—Como quiera que el Romano Pontífice, á causa del sacrílego despojo principalmente de los Estados Pontificios, necesite no poco de las limosnas de los fieles para que pueda atender al régimen de la misma Iglesia, á la propagación de la fe, así como al decoro de toda la Curia Romana; será un deber, á la vez que santo, gratísimo de los Obispos y clérigos ofrecer todos los años como es costumbre, un

Pastori quotannis, ut mos est, pietatis obolum aliquod offerre. Quod ut plenius obtineatur stipes sub titulo *Obolo de S. Pedro* huic scopo dicatus singulis in ecclesiis pateat: Episcopi vero per litteras, Parochi per conciones, fideles identidem excitent ad hoc Vicario Christi subsidium elargiendum.

TITULUS II.

DE PENSIONE PRO SEMINARIO.

728.—Quantum Ecclesiae profuturum sit Seminarium apprime constitutum, nemo est qui non videat. Hinc est quod Seminariorum reformationem maxime intendentes, eas regulas, eamque normam alibi praescripsimus, quibus Seminaria suum finem assequi ac hodiernis necessitatibus satisfacere possint. Sed quia non rite tantae institutioni providebitur, neque id omnibus numeris explebitur, nisi media temporalia suppeditentur quibus id assequi liceat; ideo prae oculis habentes praescriptiones Concilii Tridentini, Benedicti XIII litteras Apostolicas *Creditas nobis*, VII idus Maii an. 1725, una cum Institutione *Praeter Constitutionem* eiusdem diei, sequentia ad memoriam revocamus, statuimus atque decernimus.

óbolo piadoso al Supremo Pastor de la Iglesia, ya de las propias rentas ya de las oblaciones de los fieles. Para que esto se consiga con mayor eficacia se pondrá en cada iglesia un cepo destinado á ese fin con el rótulo *Óbolo de S. Pedro:* los Obispos en sus cartas, los Párrocos en sus sermones excitarán de cuando en cuando á los fieles para que presten este auxilio al Vicario de Jesucristo.

TÍTULO II.

DE LA PENSIÓN PARA EL SEMINARIO.

728.—Nadie ignora cuánto tiene que aprovechar á la Iglesia un Seminario debidamente organizado. Esta es la razón por qué proponiéndonos ante todo la reforma de los seminarios, hemos prescripto en otro lugar las reglas y la norma con que puedan los Seminarios alcanzar su fin y satisfacer las actuales necesidades. Pero como no se atenderá como se debe tan grande institución, ni se hará cumplidamente, si no se proporcionan los medios temporales con que esto pueda conseguirse; por tal motivo, teniendo presentes los decretos del Concilio Tridentino, las Letras Apostólicas de Benedicto XIII *Creditas nobis*, de 9 de Mayo de 1725, y la Instrucción *Praeter Constitutionem* de igual fecha, recordamos, establecemos y decretamos lo siguiente:

729.—Ad pensionem conciliarem pro Seminario solvendam tenetur: 1.° Episcopus; 2.° Capitula sive Cathedralis, sive Collegiatarum Dioeceseos; 3.° rectores ecclesiarum sive matricum sive filialium; 4.° sanctuaria; 5.° regulares et sanctimoniales; 6.° piae sodalitates in Dioecesi existentes.

730.—Ne autem hac in re iura vel privilegia aliena violentur, prae oculis habeantur canonicae praescriptiones, et praesertim Const. Benedicti XIII *Creditas nobis* VII Idus Maii 1725, et Instructio de taxa imponenda pro Seminariis iussu eiusdem Pontificis edita.

731.—Episcopus de sua mensa absque ulla deductione expensarum, nisi forte earum quae ad percipiendos reditus necessariae fuerint, quotannis eam ratam partem pro Seminario tradat, quam quilibet alius beneficiatus eidem Seminario solvere tenetur.

732.—Capitula, Dignitates et Canonici, ita hoc tributum pro Seminario solvere tenentur, ut in computatione annuorum proventuum minime debeat supputari summa ad quotidianas distributiones inter praesentes assignata. Quod si totus reditus in distributionibus consistit, taxa determinari minime debet ab integris eorum redditibus, sed ex

729.—Están obligados á pagar la pensión conciliar para el Seminario: 1.° El Obispo; 2.° los Cabildos, tanto de la Catedral como de las Colegiatas de la diócesis; 3.° los rectores de iglesias, así matrices como filiales; 4.° los santuarios; 5.° los regulares y las religiosas; 6.° las asociaciones piadosas que existen en la Diócesis.

730.—Para que en esto no se violen derechos ó privilegios agenos, se tendrán en cuenta las prescripciones canónicas y en particular la Constitución de Benedicto XIII *Creditas nobis*, de 9 de Mayo de 1725, y la Instrucción sobre la pensión que se ha de imponer para los Seminarios, publicada por orden del mismo Pontífice.

731.—El Obispo entregará anualmente al Seminario, de su mesa, sin ninguna deducción de gastos, si no es de aquellos que quizá hayan sido necesarios para percibir las rentas, la parte proporcionada que cualquier otro beneficiado tiene que pagar al Seminario.

732.—Los Cabildos, Dignidades y Canónigos, están obligados á pagar esta pensión al Seminario de manera que en el cálculo de las rentas anuales no deba contarse la cantidad asignada á las distribuciones cuotidianas entre los presentes. Cuando toda la renta consista en las distribuciones, la pensión no debe deducirse de sus rentas íntegras

duabus tertiis partibus, quae in hoc casu vices gerunt praebendarum.

733.—Quoad rectores ecclesiarum sive matricum sive filialium taxa cadere debet supra proventus qui proprie dicuntur parochiales, nulla expensarum facta deductione, nec eximuntur parochiae ad regulares pertinentes.

734.—Pensio dicta conciliaris imposita omnibus Parochis et destinata ad Seminarii sumptus, computatur hoc tempore a tribus ad quinque argenteos pro centenario.

735.—Sanctuaria aliaque templa, si quae sint, in quibus propter venerationem et cultum singularem alicui praestitum imagini, praeter proventus totaliter incertos, et alii sunt qui certi de incertis audiunt, taxam quoque solvere tenentur, horum proventuum habita ratione computandam.

736.—Taxam pro Seminario regulares quoque persolvant, ac iuxta Constitutionem supra citatam, quoad ea solum beneficia ac redditus exempti sint, supra quae Sedes Apostolica expresse exemptionem concessit.

737.—Sanctimoniales autem ad hanc pensionem cum proportione suorum reddituum tenentur, nisi specialissimum habeant titulum quo ab hac obligatione eximantur.

sino de las dos terceras partes que en este caso hacen veces de prebendas.

733.—En cuanto á los rectores de iglesias así matrices como filiales, el cálculo debe hacerse sobre las rentas que propiamente se llaman parroquiales sin que se haga ninguna deducción de gastos, y no se exceptúan las parroquias que pertenecen á los regulares.

734.—La pensión nombrada conciliar impuesta á todos los Párrocos y destinada á los gastos del Seminario, se calcula ahora de tres á cinco por ciento.

735.—Los santuarios y demás templos en que por la veneración y culto singular que se tributa á alguna imagen, hay, además de las rentas del todo eventuales, otras que de inciertas se hacen ciertas, están obligados también á pagar la pensión, que deberá calcularse teniendo en cuenta dichas rentas.

736.—Asimismo los regulares pagarán la pensión del Seminario, y conforme á la Constitución arriba citada sólo se eximirán en cuanto á los beneficios y rentas sobre los cuales la Sede Apostólica ha concedido expresamente exención.

737.—Las religiosas están obligadas á esta pensión en proporción de sus rentas, á no ser que tengan título especialísimo que las exima de este deber.

738.—Sodalitia laicorum quae Ordinarii auctoritate in Regularium quoque ecclesiis erecta sunt, huic taxationi subduntur, si fundos, capitalia vel legata habuerint: aliter ad nihil ex Iure tenentur. Attamen si nondum satis Seminario provisum fuerit, eorum directores potest Episcopus hortari, ut ex redditibus provenientibus ex certis oblationibus, quae singulis mensibus annisve, titulo eleemosynae, aut ex statutis a sodalibus conferuntur, ad incrementum Seminarii aliquid donare velint; dummodo tamen voluntas dantium non defraudetur, servatisque servandis.

739.—Ut autem in taxa imponenda securius incedatur, Episcopus praecipere debet tum rectoribus ecclesiarum matricum, quae ad regulares pertinent, tum ecclesiarum filialium et sanctuariorum quae sunt in Dioecesi ut infra terminum convenientem in ipsius Cancellaria notam exhibeant, qua absque ulla deductione de proventibus parochialibus sive de summa oblationum fideliter constet.

740.—A Regularibus etiam haec nota exigatur in qua redditus annui, si quos habent, constet, deductis tamen expensis ad eorum perceptionem necessariis.

——

738.—Estarán sujetas á esta pensión las asociaciones de seglares que han sido erigidas con autoridad del Ordinario aun en iglesias de regulares, si tienen posesiones, capitales ó legados; de lo contrario á nada están obligadas en Derecho. Sin embargo, si todavía no se ha provisto suficientemente al Seminario, puede el Obispo exhortar á los directores á que se determinen á dar para el aumento del Seminario algo de las rentas que provienen de ciertas oblaciones que los socios dan cada mes ó cada año á título de limosna ó por reglamento; siempre que no se contraríe la voluntad de los donantes y *servatis servandis*.

739.—Para proceder con más firmeza al imponer la pensión, el Obispo debe mandar así á los rectores de iglesias matrices que pertenecen á regulares, como de las iglesias filiales y santuarios existentes en la Diócesis, que en tiempo oportuno presenten en la Secretaría una nota en que consten fielmente las rentas parroquiales ó el conjunto de las limosnas sin deducción alguna.

640.—A los Regulares se exigirá también esta nota en que consten las rentas anuales, si las tienen, deduciendo empero los gastos necesarios para su adquisición.

——

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

duabus tertiis partibus, quae in hoc casu vices gerunt praebendarum.

733.—Quoad rectores ecclesiarum sive matricum sive filialium taxa cadere debet supra proventus qui proprie dicuntur parochiales, nulla expensarum facta deductione, nec eximuntur parochiae ad regulares pertinentes.

734.—Pensio dicta conciliaris imposita omnibus Parochis et destinata ad Seminarii sumptus, computatur hoc tempore a tribus ad quinque argenteos pro centenario.

735.—Sanctuaria aliaque templa, si quae sint, in quibus propter venerationem et cultum singularem alicui praestitum imagini, praeter proventus totaliter incertos, et alii sunt qui certi de incertis audiunt, taxam quoque solvere tenentur, horum proventuum habita ratione computandam.

736.—Taxam pro Seminario regulares quoque persolvant, ac iuxta Constitutionem supra citatam, quoad ea solum beneficia ac redditus exempti sint, supra quae Sedes Apostolica expresse exemptionem concessit.

737.—Sanctimoniales autem ad hanc pensionem cum proportione suorum reddituum tenentur, nisi specialissimum habeant titulum quo ab hac obligatione eximantur.

sino de las dos terceras partes que en este caso hacen veces de prebendas.

733.—En cuanto á los rectores de iglesias así matrices como filiales, el cálculo debe hacerse sobre las rentas que propiamente se llaman parroquiales sin que se haga ninguna deducción de gastos, y no se exceptúan las parroquias que pertenecen á los regulares.

734.—La pensión nombrada conciliar impuesta á todos los Párrocos y destinada á los gastos del Seminario, se calcula ahora de tres á cinco por ciento.

735.—Los santuarios y demás templos en que por la veneración y culto singular que se tributa á alguna imagen, hay, además de las rentas del todo eventuales, otras que de inciertas se hacen ciertas, están obligados también á pagar la pensión, que deberá calcularse teniendo en cuenta dichas rentas.

736.—Asimismo los regulares pagarán la pensión del Seminario, y conforme á la Constitución arriba citada sólo se eximirán en cuanto á los beneficios y rentas sobre los cuales la Sede Apostólica ha concedido expresamente exención.

737.—Las religiosas están obligadas á esta pensión en proporción de sus rentas, á no ser que tengan título especialísimo que las exima de este deber.

738.—Sodalitia laicorum quae Ordinarii auctoritate in Regularium quoque ecclesiis erecta sunt, huic taxationi subduntur, si fundos, capitalia vel legata habuerint: aliter ad nihil ex Iure tenentur. Attamen si nondum satis Seminario provisum fuerit, eorum directores potest Episcopus hortari, ut ex redditibus provenientibus ex certis oblationibus, quae singulis mensibus annisve, titulo eleemosynae, aut ex statutis a sodalibus conferuntur, ad incrementum Seminarii aliquid donare velint; dummodo tamen voluntas dantium non defraudetur, servatisque servandis.

739.—Ut autem in taxa imponenda securius incedatur, Episcopus praecipere debet tum rectoribus ecclesiarum matricum, quae ad regulares pertinent, tum ecclesiarum filialium et sanctuariorum quae sunt in Dioecesi ut infra terminum convenientem in ipsius Cancellaria notam exhibeant, qua absque ulla deductione de proventibus parochialibus sive de summa oblationum fideliter constet.

740.—A Regularibus etiam haec nota exigatur in qua redditus annui, si quos habent, constet, deductis tamen expensis ad eorum perceptionem necessariis.

——

738.—Estarán sujetas á esta pensión las asociaciones de seglares que han sido erigidas con autoridad del Ordinario aun en iglesias de regulares, si tienen posesiones, capitales ó legados; de lo contrario á nada están obligadas en Derecho. Sin embargo, si todavía no se ha provisto suficientemente al Seminario, puede el Obispo exhortar á los directores á que se determinen á dar para el aumento del Seminario algo de las rentas que provienen de ciertas oblaciones que los socios dan cada mes ó cada año á título de limosna ó por reglamento; siempre que no se contraríe la voluntad de los donantes y *servatis servandis*.

739.—Para proceder con más firmeza al imponer la pensión, el Obispo debe mandar así á los rectores de iglesias matrices que pertenecen á regulares, como de las iglesias filiales y santuarios existentes en la Diócesis, que en tiempo oportuno presenten en la Secretaría una nota en que consten fielmente las rentas parroquiales ó el conjunto de las limosnas sin deducción alguna.

640.—A los Regulares se exigirá también esta nota en que consten las rentas anuales, si las tienen, deduciendo empero los gastos necesarios para su adquisición.

——

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TITULUS III.
DE TERTIA EPISCOPALI.

741.—Muneris est Parochorum in Dioecesibus huius Provinciae ecclesiasticae vitam degentium eam subministrare portionem proventuum parochialium, quam Episcopo assignare placuerit, et quae ad Ecclesiae necessitates sublevandas est destinata; reservatis tamen canonicis praescriptionibus ne iusta mensura excedatur.

742.—Tertia dicta Episcopalis, Parochis et vicariis qui precario paroeciis praeficiuntur imposita, singulis mensibus de redditibus in libris emolumentorum appositis solvi debet, dummodo portione congrua non fraudentur, et supersit quantum sufficiat ad explendum onera officii sui.

743.—Parochi qui portionem pensionis solvere debent, eam quolibet bimestri mittant ad Episcopum una cum nota, qua tum proventuum, tum expensarum ratio reddatur.

TITULUS IV.
DE IURIBUS DICTIS STOLAE.

744.—Ad populum fidelem sine dubio spectat congruam ministris Ecclesiae sustentationem praebere; ipsi enim dum ex una parte eius bonum spirituale procurant, laborando pro tanti finis

TÍTULO III.
DE LA TERCIA EPISCOPAL.

741.—Es deber de los Párrocos, que viven en las Diócesis de esta Provincia eclesiástica, suministrar la parte de derechos parroquiales que el Obispo tuviere á bien asignar y que se destina para subvenir á las necesidades de la Iglesia; guardando, sin embargo, las prescripciones canónicas para no traspasar los justos límites.

742.—La tercia llamada episcopal impuesta á los Párrocos y vicarios encargados temporalmente de las parroquias, debe pagarse cada mes de las rentas asentadas en los libros de emolumentos, siempre que no se perjudiquen en la parte congrua y que sóbre todo lo necesario para cumplir con los deberes de su ministerio.

743.—Los Párrocos que están obligados á pagar la pensión, la enviarán cada bimestre al Obispo con una nota en que se dé cuenta, así de las entradas como de los gastos.

TÍTULO IV.
DE LOS DERECHOS LLAMADOS DE ESTOLA.

744.—Corresponde sin duda al pueblo fiel proporcionar la congrua sustentación á los ministros de la Iglesia: porque éstos, por una parte, procuran el bien espiritual de aquél, trabajando por

assecutione, quippe qui de animabus sibi commissis Deo respondere debent; ex alia parte ob sui ministerii sanctitatem nequeunt se negotiis saecularibus immiscere, neque eas artes ac industrias excercere, quibus honestam sibi sustentationem procurare possint. Hisce de causis non solum Ius divinum expresse in Evangelio promulgatum, nec solum Ius ecclesiasticum iamdiu ab Ecclesia sancitum, omnibus saeculis exercitum; sed etiam ipsum Ius lumine rationis cognitum, quod clarissime nobis ostendit operarios dignos esse mercede sua, nec ullum propriis stipendiis militare debere, declarat etiam Ecclesiae ministros a populo sustentari necessarium esse. Hinc facile sequitur non esse meras oblationes eas quae occasione quorumdam actuum ministerii ecclesiastici sacerdotibus tribuuntur, nec pretium eorumdem actuum eas nominare debere, sed esse vera tributa quibus suam erga Ecclesiae ministros obligationem populus fidelis adimplet. De his igitur tributis, quae iurium parochialium apud nos nomen obtinuerunt, sequentia placuerunt statuere.

745.—Oportet ut Episcopus auctoritate sua edicat quantum fideles praestare teneantur occa-

la consecución de tan elevado fin, como que tienen que responder á Dios de las almas que se les han encomendado; por otra parte, á causa de la santidad de su ministerio no deben mezclarse en negocios seculares, ni ejercer artes é industrias con que puedan procurarse la honesta sustentación. Por estos motivos, no sólo el Derecho divino expresamente promulgado en el Evangelio; no sólo el Derecho eclesiástico desde el principio establecido por la Iglesia y practicado en todos los siglos; sino también el Derecho mismo conocido con la luz de la razón que nos demuestra con evidencia que los operarios son dignos de recompensa, y que ninguno está obligado á militar á las propias expensas; prueba igualmente que es necesario que el pueblo sostenga á los ministros de la Iglesia. De esto se deduce sin dificultad que no son meras oblaciones las que se dan á los sacerdotes con ocasión de algunos actos del ministerio eclesiástico, ni deben llamarse precio de los mismos actos; sino que son verdaderos tributos con que el pueblo fiel cumple su obligación para con los ministros de la Iglesia. Acerca de estos tributos que entre nosotros han recibido el nombre de derechos parroquiales, hemos tenido á bien decretar lo que sigue.

745.—Conviene que el Obispo con su autoridad determine cuánto deban dar los fieles con oca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sione quorumdam Sacramentorum et benedictionum, idque licet taxa aliqua in pluribus paroeciis iam vigeat.

746.—Haec taxa determinari debet in Synodo dioecesana, vel per edictum episcopale, attentis tum cleri necessitatibus, tum praesentium temporum adiunctis quae Episcopi prudentiam latere non possunt.

747.—Taxa haec aequitati respondeat, praesertim pro indigentibus; ab iis qui ad egestatem redacti sunt nihil omnino exigatur nisi quod ipsi sponte dare velint.

748.—Edictum Ordinarii in quo actus quidam ministerii taxantur, populo notum fiat, atque in officina parochiali necnon in sacristia affigatur.

749.—Nihil amplius exigatur a fidelibus praeter taxam ab Ordinario praescriptam, et ad restitutionem teneantur qui hanc dispositionem contempserint.

750.—Nefas est aliquid occasione SS. Viatici aut Confessionis exigere, nec titulo laboris, etiamsi loca dissita percurrenda sint. Si quis vero in hoc deliquerit ab Episcopo corrigatur.

751.—Si ob causam gravem vel facultate ab Ordinario obtenta baptizatur puer alienae paroeciae, mittatur ad eius proprium Parochum testimonium Baptismi

sión de algunos Sacramentos y bendiciones; y esto aunque en muchas parroquias se observe algún arancel.

746.—Este arancel debe establecerse en Sínodo diocesano, ó por edicto episcopal, atendiendo, así á las necesidades del clero como, y principalmente, á las circunstancias de los tiempos, que no pueden ocultarse á la prudencia del Obispo.

747.—Dicho arancel será equitativo sobre todo en favor de los pobres; nada absolutamente se exigirá á los que estén reducidos á la miseria, sino lo que ellos de su voluntad quieran dar.

748.—Se hará conocer al pueblo el edicto del Ordinario en que se determinan los derechos por algunos actos del ministerio, y se fijará en la oficina parroquial y en la sacristía.

749.—Nada más se exigirá á los fieles fuera de la tasa prescripta por el Ordinario, y los que despreciaren esta disposición están obligados á la restitución.

750.—No se permite exigir alguna cosa con ocasión del Sagrado Viático ó de la Confesión, ni á título de trabajo, aunque los lugares que haya que recorrer sean lejanos. Si alguno faltare en esto será corregido por el Obispo.

751.—Si por causa grave ó con licencia obtenida del Ordinario se bautiza algún niño de agena parroquia, se enviará á su propio Párroco la constancia del Bau-

et taxa a patrinis hac de causa tributa.

752.—Si consuetudine vel Parochi licentia simplex sacerdos mulieri post partum benedixerit, eiusdem sint oblationes quae tali occasione offeruntur.

753.—Quamquam ius omne velit ut proventus paroeciae ad Parochum pertineant, tamen cum ipse abfuerit per notabile tempus a sua adscriptione, Episcopus designet aliquem qui illius vices suppleat, et huic partem ex proventibus parochialibus assignet, quae deductis expensis computari debet.

754.—Si autem Parochus vicario suo relinquit paroeciam in eius absentia administrandam, haecque nimium protrahatur, tunc deductis expensis, ex proventibus parochialibus fiant duae partes aequales, quarum unam Parochus, alteram vero vicarius suam faciat, praeter consuetam istius mercedem.

755.—Quod si propter vicarii defectum commendata fuerit paroecia alicui ex Parochis vicinis vel cuilibet sacerdoti adprobato, eidem duae ex tribus proventuum parochialium partibus, expensis etiam deductis, adtribuantur.

756.—Ut effectum vero supradictae praescriptiones sortiantur, absentia Parochi quae octo dies praetergrediatur, notabilis reputanda est.

757.—Non cogat Parochus ut

tismo y el estipendio que hayan dado por esto los padrinos.

752.—Si por costumbre ó licencia del Párroco, un simple sacerdote bendijere á la mujer después del parto, le corresponden las limosnas que se dan con esa ocasión.

753.—Aunque con todo derecho los frutos de la parroquia pertenecen al Párroco, sin embargo, cuando éste se ausentare de su adscripción por tiempo considerable, el Obispo nombrará alguno que le supla y le asignará una parte de las entradas parroquiales, la cual debe calcularse hecha la deducción de los gastos.

754.—Mas si el Párroco deja la parroquia á su vicario para que la administre en su ausencia y ésta se alargare demasiado, entonces sustraidos los gastos se harán de las entradas parroquiales dos partes iguales de las que una tomará el Párroco, y la otra el vicario además de sus honorarios acostumbrados.

755.—Cuando á falta de vicario se hubiere encargado la parroquia á alguno de los Párrocos vecinos ó á cualquier sacerdote aprobado, se le darán dos terceras partes de las entradas parroquiales hecha también la deducción de los gastos.

756.—Para que las anteriores prescripciones tengan efecto, debe reputarse considerable la ausencia del Párroco, cuando pasa de ocho dias.

757.—El Párroco no estrechará

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

matrimonium contrahant in sua paroecia eos qui ius habent contrahendi in aliis, sed tantum ab iis exigat quod in taxa dioecesana praescribitur occasione publicationis bannorum.

758.—Si aliquis vero, licentia habita ab Ordinario, in ea paroecia vult matrimonium contrahere in qua nec ipse nec sponsa domicilium habuerit, tunc integre persolvat proprio Paroco, quae in taxa persolvenda praescribuntur.

759.—Omnia quae pro matrimonio sunt stabilita solvantur paroeciae illi, in qua informatio matrimonialis facta est: paroeciae vero in qua matrimonium contrahitur illud tantum solvatur quod in taxa dioecesana pro hoc casu speciali determinatum fuerit.

760.—Parochus nimis facilis non sit ad diminuendum vel omnino remittendum quod in taxa praescribitur, idque ne male audiat apud populum eius successor, si ei libuerit integram taxam exigere, et etiam ne populus, nolens inde integram taxam solvere, incongruam reddat paroeciam. Denique in omnibus quae taxam dioecesanam respiciunt accurate serventur praescripta a S. C. C. edita die 10 Iun. 1896.

——

á que contraigan matrimonio en su parroquia á los que tienen derecho de contraer en otras; sino que sólo les exigirá lo que en el arancel diocesano se prescribe por las proclamas.

758.—Si, obtenida la licencia del Ordinario quiere alguno contraer matrimonio en una parroquia en que ni él ni la esposa tuvieren domicilio; entonces pagará íntegramente al propio Párroco lo que en el arancel se manda pagar.

759.—Todos los derechos que se han establecido para el matrimonio se pagarán en la parroquia en que se levantó la información matrimonial; mas á la parroquia en que se contrae el matrimonio se pagará solamente lo que en el arancel diocesano se hubiere determinado para este caso especial.

760.—El Párroco no será demasiado fácil, en disminuir ó perdonar por completo lo que se prescribe en el arancel; esto, para que su sucesor no sea vituperado por el pueblo en caso de que quisiese exigir los derechos íntegros, y también para que el pueblo no vuelva incongrua la parroquia resistiéndose á pagar todo lo de arancel. Finalmente en todo lo que se refiere al arancel diocesano se guardarán puntualmente las prescripciones de la S. C. del C. publicadas en 10 de Junio de 1896.

——

TITULUS V.

DE ECLESIIS AEDIFICANDIS ET REPARANDIS.

761.—Nulla erigatur ecclesia, seu capella cultui divino publico destinanda nisi eius erectio iudicio Ordinarii expedire videatur, ac iam adsint vel probabiliter adfutura sint ea media quibus intra congruum tempus ad terminum perduci possit.

762.—Antequam ecclesia construatur assignetur locus pro eiusdem atrio, ac pro domo rectorali, quae, parva licet, iuxta ecclesiam construi debet.

763.—Si quis vero ecclesiam construendam propriis sumptibus susceperit, oportet ut publica scriptura significet se eam divino cultui in perpetuum mancipare velle.

764. — Episcopus eligat aliquem archytectum pro tota Dioecesi, sine cuius consilio nulla reparatio alicuius momenti fiat, nullaque a fundamentis erigatur ecclesia.

765. — Consilium archytecti dioecesani non immediate a Parocho vel rectore, sed mediante Ordinario peti debet.

766.—Munus est Parochorum, qui decorem domus Dei diligere debent, curare ut ecclesiae iam constructae identidem reparentur, scilicet ut tollantur deformia, collapsa erigantur et suppleantur quae in fabrica deficiunt.

TÍTULO V.

DE LA CONSTRUCCIÓN Y REPARACION DE LOS TEMPLOS.

761.—No se edificará ninguna igiesia ó capilla que deba servir al culto público, si no es que á juicio del Obispo se crea conveniente su erección, y que ya existan ó que probablemente existirán los medios con que pueda terminarse en el debido tiempo.

762.—Antes de que se construya una iglesia se señalará lugar para su atrio y para la casa rectoral, que aunque pequeña, debe edificarse junto al templo.

763.—Si alguno quisiere construir una iglesia de propio peculio, conviene que declare por escritura pública que es su voluntad cederla perpetuamente para el culto divino.

764.—El Obispo elegirá á algún arquitecto para toda la Diócesis, sin cuyo parecer no se hará ninguna reparación de importancia ni se construirá ninguna iglesia.

765.—El parecer del arquitecto diocesano deberá pedirse no inmediatamente por el Párroco ó rector, sino mediante el Ordinario.

766.—Es deber de los Párrocos quienes tienen que celar por el decoro de la casa de Dios, cuidar de que las iglesias ya construidas se reparen de vez en cuando para que se quiten los defectos, se levante lo caido y se supla lo que falta en la fábrica.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

767.—Post altaris reparationem non immutetur eius titulus, ac proinde non alia imago in nobiliori eius loco reponatur nisi ea cui primitus dedicatum fuit.

768.—Attamen si imago cui altare dedicatum est, nullum habet cultum, ipsumque altare vetustate ac oblivione iacuerit, novum in eius locum erectum altare possit cuicumque sancto dedicari, consulto tamen Episcopo servatisque de Iure servandis.

769.—Quod si ad totalem ecclesiae restaurationem oportet ut cuncta eius altaria destruantur, nova quae ibidem erigenda sunt sub quocumque titulo ab Ecclesia adprobato consecrentur.

770.—Attamen nulla fiat reparatio alicuius momenti, nisi prius consulto Episcopo, cui exponantur singula facienda, quantum pecuniae sit probabiliter expendendum, et quae media excogitata fuerint ut reparatio ad terminum producatur.

771. —Nunquam accipiatur mutuo pecunia nomine ecclesiae, etiamsi ad eius instaurationem sit necessaria; pecunia sic accepta debitum personale constituat, ab eo scilicet solvendum qui illud personaliter contraxit, nisi veniam Episcopi in scriptis habuerit servatisque servandis.

772.—Neque Parochus inver-

767.—Al reparar un altar no se cambie su título; en consecuencia, no se pondrá en su lugar principal otra imagen, sino aquella á la que se dedicó desde el principio.

768.—Sin embargo, si la imagen á que está dedicado el altar no tiene ningún culto, y el altar mismo ha sido abandonado por su vejez y relegado al olvido, un nuevo altar erigido en su lugar podrá dedicarse á cualquier santo; pero después de haber consultado al Obispo y *servatis de Iure servandis*.

769.—Si para la total restauración de una iglesia, es necesario destruir todos sus altares, los nuevos que ahí tengan que erigirse se dedicarán bajo cualquier título aprobado por la Iglesia.

770.—Mas no se hará reparación de alguna importancia sin consultar antes al Obispo á quien se expondrá detalladamente lo que se ha de hacer, la cantidad probable de dinero que se ha de invertir y los medios que se hayan excogitado para llevar á cabo la reparación.

771.—Nunca se tome dinero prestado en nombre de la iglesia aunque sea necesario para su reparación; el dinero así recibido constituirá una deuda personal, es decir, que será pagada por quien personalmente la contrajo; á no ser que haya obtenido por escrito la licencia del Obispo y *servatis servandis*.

772.—Para hacer las repara-

tat in reparationibus faciendis eam partem ex proventibus parochialibus quae ad Episcopum pertinet, nisi de ipsius consensu.

773. —Ad arcendam omnem avaritiae suspicionem, expedit ut collectis pro reparatione faciendis duo aut tres viri probatae fidei praeponantur, quorum unus pecuniae custos constituatur.

774. —Si vero ecclesia indigens reparatione parochialis non sit, rector, vel in suo defectu Parochus ad quem illa pertineat, excitet fideles qui in ea praecepto saltem audiendi Missam satisfaciunt, ut collatis viribus eius reparationem procurent.

775.—Quod si vel neglexerint, vel ob egestatem facere nequiverint, et ecclesia pene diruta fuerit, ea in profanos usus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertatur.

TITULUS VI.

DE AEDIBUS PAROCHORUM, ET ALIIS ECCESIASTICIS AEDIFICIIS.

776.—Quum non solunt aliquae ecclesiae sed etiam plures domus parochiales ex parte dirutae sint, tum negligentia nonnullorum Parochorum, tum temporum iniuria, ad Parochos sine dubio spectat id efficere ut saltem non totae collabantur decensque rectoribus ecclesiarum

ciones, no invertirá el Párroco la parte de derechos parroquiales que pertenece al Obispo, sin su consentimiento.

773.—Para alejar toda sospecha de avaricia, conviene que se encarguen de las colectas que tengan que hacerse en orden á la reparación, dos ó tres personas de reconocida honradez, de las cuales una será tesorero.

774.—En el caso de que la iglesia que necesite reparación no sea parroquial, el rector ó en su defecto el Párroco á quien pertenece, exhorte á los fieles que por lo menos cumplen en ella el precepto de oír Misa, que uniendo sus fuerzas, procuren restaurarla.

775.—Si descuidan esto ó no pueden hacerlo por pobreza y la iglesia por completo se destruye, se ocupará para usos profanos no indecorosos; pero después de haber erigido ahí una cruz.

TÍTULO VI.

DE LAS CASAS PARROQUIALES Y OTROS EDIFICIOS ECLESIÁSTICOS.

776.—Cuando no solo algunas iglesias, sino también algunas casas parroquiales están destruidas en parte, ora por negligencia de ciertos Párrocos, ora por obra del tiempo, sin duda corresponde á los Curas hacer por lo menos que no se destruyan del todo y que haya decente

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

habeatur habitatio. De hac re igitur placuit statuere.

777.—Ubi dives fuerit paroecia, valde conveniens est ut de ipsis proventibus parochialibus reparatio fiat, eo tamen excepto casu quo magnae ac dispendiosae faciendae essent reparationes quibus paroecia etsi dives occurrere nequit.

778.—Si pars domus parochialis dilaberetur, idque Parochus praevidit, et ex negligentia graviter culpabili non vitavit cum posset, tenetur ad damnum reparandum suis expensis: quod si impotens sit ad expensas solvendas, tenetur aliter providere collectis inter parochianos praesertim institutis.

779.—Parochus sub cuius tutela est domus parochialis nullo pacto destruere audeat instaurationes in ea factis a suis antecessoribus, si hae prudentum iudicio probatae fuerint, neque novas instaurationes aggrediatur absque Ordinarii adprobatione.

780.—Item non destruat aut secum auferat, ubi a parochia separandus est, ea quae ad reparationem ornatumque domus parochialis ipse contulit, sed ea in beneficium domus ac successorum relinquat.

781.—Ubi omnia mobilia pro servitio paroeciae aliquis Parochus privatis suis expensis, acquirit curare debet in suo egressu non omnino expoliata relinquatur domus parochialis, sed ei adiudicet saltem mobilia quae absolute necessaria erunt pro successore.

habitación para los rectores de iglesias. Sobre esto tuvimos á bien establecer lo que sigue:

777.—Donde la parroquia fuere pingüe es conveniente que de los mismos derechos parroquiales se haga la reparación, excepto el caso en que tengan que hacerse grandes y costosas reparaciones que no pueda soportar una parroquia aunque sea pingüe.

Sed quid istorum hic fructus refert? Hic profecto non est id quod ipsi in primis expetunt: auditoribus blandire exoptant, quibus *pruriunt auribus* (II. Tim. IV. 3): et dummodo templa stipata videant, eorum parvi interest animas fructu vacuas permanere. Proinde nunquam de peccato disserunt, nunquam de hominum novissimis, nunquam denique de aliis veritatibus gravissimis, quae auditores salubriter *contristare ad poenitentiam* possent. (II. Cor. VII, 9): solummodo *placentia* loquuntur (Is. XXX. 10); atque hoc idem faciunt eloquentia quadam potius tribunitia quam apostolica, magis profana quam sacra, quae quamplures manus plaususque ipsis comparat a S. Hieronymo graviter reprobatos, cum ad Nepotianum scriberet: *Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: auditorum lacrymae laudes tuae sint.* Ex quo fit, ut eorum praedicatio, ita in templo, sicut alibi, theatrali quadam aura circumfussa appareat, quae eam omni sacro charactere expoliat, omnique spirituali efficacia destituit. Exinde item in populo, imo etiam in plerisque e clero, adeo depravatus gustus divini verbi, et exsurdatum palatum: exinde tandem piorum scandalum, perversorum atque incredulorum nulla aut parva emendatio: qui quamvis interdum in templa, huiusmodi *placentia* verba audiendi causa, praesertim vero si sonoris illis ac magnificis nominibus, *civili progressu, patria, recenti nostrorum temporum scientia*, aliisque id genus allecti, profuse confluant, postquam Oratorem fragosis plausibus fuerint prosequuti oh! iste, aiientes, verum ac legitimum concionandi callet modum! e templo exeunt quales illuc intraverant, sicut iudaei, qui *omnes quidem mirabantur, sed non omnes convertebantur*. (S. August. in Matth. XIX. 15).

salga persuadido de que puede ser un buen cristiano sin corregir sus costumbres, con solo que crea en Jesucristo.» (El Card. Bausa, Arzobispo de Florencia, ad iuv. cler. 1893).

Pero ¿de qué sirve este su fruto? No es en verdad lo que ellos anhelan primero que nada: de sean halagar à los oyentes *deleitándoles los oidos* (II. Tim. IV. 3): y como vean llenos los templos, poco les interesa que las almas queden vacías de fruto. Por eso nunca tratan del pecado; nunca de las postrimerías del hombre; nunca, en fin, de otras verdades gravísimas que pueden *contristar* saludablemente à los oyentes para la penitencia. (II Cor. VII. 9); solo tratan *de lo que agrada* (Is. XXX. 10); y esto mismo lo hacen con cierta elocuencia más tribunicia que apostólica; más profana que sagrada, que les conquista muchos aplausos severamente reprobados por San Jerónimo, escribiendo à Nepociano: *Cuando enseñes en la Iglesia no suscites la aclamación, sino el gemido del pueblo: las lágrimas de los oyentes serán tu elogio.* De lo cual resulta que su predicación así en el templo como en cualquiera parte aparezca rodeada de cierto aire teatral que la despoja de todo caracter sagrado y la arrebata toda espiritual eficacia. De ahí nace también en el pueblo y aun en muchos del clero tan depravado gusto y tan depravado paladar en cuanto à la divina palabra: por último, de ahi proviene el escándalo de los piadosos y la poca ó ninguna enmienda de los malvados y de los incrédulos, que aunque algunas veces concurran en gran número à los templos para oir *esas halagadoras palabras*, principalmente si se les atrae con los altisonantes y ampulosos términos de *progreso civil, patria, ciencia moderna*, y otras de la misma clase; después de haber aplaudido estrepitosamente al orador exclamando: ¡oh! éste sabe el modo verdadero y legitimo de predicar, salen del templo como habian entrado, no de otra manera que los judios *que si bien todos se admiraban, no todos se convertian*. (San Agustin in Matth, XIX. 15).

7. Haec igitur Sacra Congregatio quum, supremis Romani Pontificis praeceptis obtemperans, tot tamque gravibus sacrae praedicationis corruptelis consuetudine inductis remedium afferre omnino velit, omnes Rmos. Italiae Episcopos, Generales Coenobitarum Praesules, atque omnes ecclesiasticorum Coetuum Rectores compellat ut in easdem apostolica animi fortitudine insurgant, atque iisdem penitus extirpandis sedulo dent operam.

Itaque, memores se iuxta sacrosancti Conc. Trid. praescriptum (sess. V, cap. 2, de Ref.)

7. Por tanto, queriendo esta Sagrada Congregación, en obediencia à los superiores mandatos del Romano Pontífice, poner completo remedio à tantos y tan graves abusos introducidos por la costumbre en la oratoria sagrada, exhorta à todos los Rmos. Obispos de Italia, à los Superiores Generales de los Religiosos y à todos los Directores de Congregaciones de eclesiásticos à que se opongan à ellos con valor apostólico, y à que trabajen con empeño para extirparlos del todo.

Así pues, recordando que conforme à lo prescripto por el Santo Concilio Tridentino (ses. V,

ciros idoneos ad huiusmodi praedicationis officium assumere addictos esse, hac in re quam maximam diligentiam curamque adhibeant. Si quidem sacerdotes designandi ad suam ipsorum Dioecesim pertineant, iis adeo augustum ministerium *nisi prius sive per examen*, sive alio quolibet opportuno modo, *de vita, de scientia*, de moribus comprobati fuerint (Conc. Ind. l. c.) nequaquam concedant. Si vero illi ad aliam Dioecesim spectent, neutiquam Episcopi in sua concionaturos admittant, praesertim vero occurrentibus quibusdam solemnioribus anni solemnitatibus, nisi proprii Episcopi, seu Praesulis, litteras ostendat quae et sacerdotem bonis moribus praeditum, et huic officio idoneum esse testentur.

Generales etiam cuiusvis religiosi Ordinis, Societatis, Congregationis Praesules nemini e sacerdotibus sibi subditis publice concionari, inscio loci Episcopo, permittant; eoque minus decet traditis testimonialibus litteris, illos quoque mittere ut Episcopis se sistant, nisi prius accurate inquisierint, et certissime optimam noverint sacerdotum eorumdem et moralem vivendi, et consuetam concionandi rationem.

Si vero cuiuslibet Dioecesis Episcopus, postquam aliquem Sacerdotem litteris huiusmodi a suis commendatum ad Dei ver-

cap. 2, de Ref.) están obligados á *elegir varones capaces para este ministerio de la predicación*, emplearán la mayor diligencia y cuidado en esta materia. En caso de que los sacerdotes que hayan de designarse pertenezcan á su Diócesis, no les confiarán en manera alguna tan augusto ministerio, si no hubieren probado *antes por medio de examen* ó por cualquiera otro modo oportuno su *vida, ciencia y costumbres* (Conc. Ind. l. c.). Si fueren de otra Diócesis, no permitirán los Obispos que prediquen en la propia ni menos con ocasión de las fiestas más solemnes del año, si no presentaren cartas del propio Obispo ó Prelado, certificando que el sacerdote es de buenas costumbres y apto para este ministerio.

Los Superiores Generales de cualquiera Orden religiosa, Sociedad ó Congregación, no permitirán que ningún sacerdote de sus súbditos, predique públicamente sin conocimiento del Obispo del lugar, y mucho menos conviene darles letras testimoniales ni enviarlos á que se presenten á los Obispos, sin que primero hayan hecho escrupulosa investigación y se hayan cerciorado de la irreprensible moralidad de dichos sacerdotes y del modo con que suelen predicar.

Si el Obispo de cualquiera Diócesis, que hubiere recibido á algún sacerdote recomendado con tales cartas para predicar la di-

bum praedicandum in propria Dioecesi exceperit, eumque deinceps in sacro ministerio peragendo ab normis monitisque hic per nos traditis aberrantem conspexerit, opportune primum eumdem admoneat; ut si fieri possit, quam primum resipiscat; quod nisi sufficiat, ab officio illico removeat, poenis etiam canonicis, si necessitas urgeat, adhibitis.

Ceterum quoniam haec S. Congregatio, Rmorum. Episcoporum et Praesulum religiosis quibusvis Ordinibus praepositorum, diligentiae ac zelo se tuto fidere posse probe novit idcirco per ipsos praecipue fore confidit, ut haec nova recensque Dei verbi annunciandi, seu potius adulterandi, ratio quamprimum reformatam se prodat: et sacra ipsa praedicatio, vanis verborum lenociniis amotis, augusto ac nativo suo splendori, supernaturali simul efficacia denuo suscepta, in Dei laudem, aeternam animarum salutem ac spiritualem Ecclesiae totiusque christiani Orbis utilitatem, tandem aliquando restituatur.

Romae, ex Scribarum Curia Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis dignoscendis expediendisque, praepositae die 31 Iulii, anno 1894

I. CARD. VERGA, *Praefectus.*

ALOISIUS TROMBETTA, *Pro-Secretarius.*

vina palabra, advirtiere después, que en la práctica del sagrado ministerio se aparta de las reglas y avisos que aquí damos, primero le amonestará oportunamente, para que si fuere posible se enmiende; si esto no basta, en seguida le privará de este oficio aún empleando las penas canónicas si fuere necesario.

Por lo demás, como quiera que esta Sagrada Congregación sabe claramente que puede poner toda su confianza en la diligencia y celo de los Rmos. Obispos y en los Superiores de las Órdenes religiosas, espera por lo mismo, que ellos serán los primeros en hacer que se corrija lo más pronto posible este moderno modo de predicar ó más bien de adulterar la divina palabra; y que finalmente se reforme la misma sagrada predicación haciendo á un lado la vana afectación de palabras; recobrando de nuevo su augusto y genuino esplendor á la vez que su sobrenatural eficacia para la gloria de Dios, salvación eterna de las almas y espiritual utilidad de la Iglesia y de todo el orbe cristiano.

Dada en Roma, por la Sagrada Congreción de Obispos y Regulares, á 31 de Julio de 1894.

I. CARD. VERGA, *Prefecto.*

LUIS TROMBETTA, *Pro-Secretario.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3.

BASILEEN. 1866.

EX DECRETO FERIAE IV DIEI 21 MARTII 1866 AD EPISCOPOS HELVETIAE SEQUENS INSTRUCTIO FUIT TRANSMISSA.

Iampridem ad sacram Congregationem quaestio de scholis mixtis, quae per totam fere Helvetiam perniciem rei catholicae minitantur, delata est, tribus propositis dubiis, quorum duo omnibus communia haberi possunt: 1. *An sacerdoti liceat scholarum, de quibus agitur alumnis catholicis sive intra earum septa, sive alio, ut in ecclesiam, ad id convocatis fidei christianae documenta specialim tradere, aut pro capellani* (aumônier) *quovis munere fungi:* 2. *An parentibus liceat liberos suos huiusmodi scholis instituendos committere:* tertium ad Iurae incolas Bernensis Reipublicae addictos pertinet, nimirum: *An catholicis Iurassensibus liceat nuntium remittere iuri suo pactis publicis innixo, vi cuius nefas est, quemquam in publicis eorum scholis docendi munus obire, qui Religionem catholicam non profiteatur.* Quemadmodum in re gravissima oportuit, tum diligentem circa rei veritatem ac statum ab Amplitudine Vestra notitiam conquiri, tum mature agitari conferrique consilia S. Congregatio curavit, quibus

3.

A BASILEA 1866.

POR DECRETO DE MIÉRCOLES 21 DE MARZO DE 1866 SE TRANSMITIÓ Á LOS OBISPOS DE SUIZA LA INSTRUCCIÓN SIGUIENTE:

Hace tiempo que se consultó á la Sagrada Congregación el asunto de las escuelas mixtas que en casi toda la Suiza amenazan destruir la Religión católica, proponiendo tres dudas, de las cuales, dos pueden considerarse como comunes á todas. 1. *Si es lícito á un sacerdote enseñar especialmente la doctrina cristiana á los alumnos católicos de las escuelas en cuestión, ya sea dentro de ellas, ya en otro lugar como en la iglesia, convocándolos para ello, ó ejercer cualquier oficio de capellán* (aumônier): 2. *Si es lícito á los padres de familia poner á sus hijos en estas escuelas, para que se eduquen:* la tercera se refiere á los habitantes de Jura, aliados á la Confederación Suiza, á saber: *Si es lícito á los católicos de Jura renunciar á su derecho fundado en tratados públicos, en virtud del cual no se permite que en sus escuelas públicas ejerza la enseñanza quien no profese la Religión católica.* Como lo pedia materia tan grave, la Sagrada Congregación cuidó, no sólo de solicitar de V. S. I. una exacta noticia sobre la verdad y estado de la cuestión,

rebus praemissis, de eadem denique dirimenda egit Feria IV, die 17 Ianuarii.

Porro praecipuum et capitale dubium, quod secundo loco proponebatur, visum est.—*An liceat parentibus liberos suos huiusmodi scholis instituendos committere*—quo in excutiendo vehementer Emos. PP. commoverunt tum intrinsecum rei periculum, tum ea, quae vosmetipsi ad eos referebatis. Itaque omni ope curandum esse censuerunt, ut omnibus patribus familias persuadeatur, se nihil peius de prole sua, de patria, de re catholica universa mereri posse, quam ut natos suos in extremam hanc aleam immittant. Cum enim puerilis aetas pro sua ipsa ingenuitate ac simplicitate vafrorum hominum seductionibus, nisi diligenter custodiatur, tota patet, tum vero maxime si iis implicetur rerum adiunctis, in quibus eam versari in eiusmodi scholis necesse est. Auctoritas quippe praeceptorum, quae maxime in adolescentium animis valet, ad ea omnia approbanda, quae in iis vident ex iisve audiunt, naturali quadam vi eos rapit; quo fit, ut illorum erga Religionem indifferentia, errores ipsi haereticales, catholicaeque Religionis contemptus venenato quodam halitu tenella pectora inficiat, extinctoque calore omni pietatis, penitus corrumpat. Cui pesti haud minus lethifera accedit

sino de que maduramente se pensase y deliberase; esto supuesto, resolvió en Miércoles 17 de Enero.

Ha parecido más capital y de mayor importancia la duda que que se propuso en segundo lugar:—*Si es lícito á los padres enviar á sus hijos á estas escuelas para que se eduquen*—y al estudiarla movieron poderosamente á los Emos. Padres, asi la delicadeza intrinseca de la materia como lo que vosotros mismos les habeis referido; asi, pues, han creido que debe procurarse con el mayor empeño convencer á todos los padres de familia de que no pueden hacer peor mal á sus hijos, á su patria y al catolicismo, que poner á dichos hijos en este inminente peligro. Porque, estando la niñez por su misma inocencia y sencillez expuesta del todo á las seducciones de hombres perdidos, si no se tiene con ella el más exquisito cuidado; debe ser peor, si se le pone en las circunstancias que necesariamente deben rodearle en tales escuelas. La autoridad de los preceptores que influye poderosamente en el ánimo, los impele, como es natural, á aprobar todo lo que ven ú oyen de ellos: de lo que resulta que su indiferencia en materia de Religión, sus mismos errores heréticos y su desprecio de la Religión católica, á manera de venenoso aliento inficiona sus tiernos corazones y extinguiendo todo

haereticorum condiscipulorum contagio, quorum corrupti mores, indita ex sectario dogmate indocilitas, quaeque pueriles animos vehementissime movet, in catholicam fidem, atque Ecclesiae praecepta mordax dicacitas, si quid incorruptum aut firmum in ipsis manserit, labefactent, ac perdant necesse est. Quae sane per se gravissima graviorem etiam in molem assurgere Emi. Patres perspiciebant ea considerantes, quae ab Amplitudine vestra aperiebantur, eo consilio eiusmodi scholas institutas esse, ut catholica religio e vestris regionibus exstirpetur: eo enim praefixo scopo, nihil industriae nihil fraudum, nihil adversariorum virium praetermissum iri ad contraditam eis iuventutem pervertendam, nemo non videt.

Neque vero illud quispiam sibi persuadeat, immunes ab hac pernicie scholas illas fore, quae materiam a Religione discretam, atque profanam habent.—Etenim paeterquamquod eadem in illis ab haereticorum sive praeceptorum, sive condiscipulorum vitae ratione ac familiaritate scandala impendent, novus profecto in humanis rebus sit oportet, qui non sentiat, etiam in huiusmodi scholis aditum haereticis magistris undequaque aperiri, ut puerilem simplicitatem opportune et importune, data et non data occasione, circumveniant, et in

fuego de piedad, los corrompe por completo. Agrégase á este mal el no menos mortífero contagio de los condiscípulos herejes por sus perversas costumbres y natural indocilidad originada del error sectario; y la mordacidad contra la fe católica y los preceptos eclesiásticos que impresiona profundamente el espíritu de los niños, tiene que destruir y aniquilar lo poco que tengan de sano y firme. Esto que veían los Emos. Padres, que de suyo es gravísimo, se agravaba mucho más, considerando lo que V. Ilma. exponía; que tales escuelas se han establecido para extirpar de vuestro país la Religión católica; puesta ahí la mira, á nadie se oculta que no se ha omitido traza ninguna, ni engaño, ni violencia para pervertir á la juventud que se les ha entregado.

Y no se crea que están exentas de este mal las escuelas de enseñanza profana y agena á la Religión. Además de que en ellas se dan los mismos escándalos en el trato y familiaridad de los herejes así preceptores como condiscípulos, poca experiencia de las cosas humanas debe tener quien no sepa que en tales escuelas se da entrada en todas partes á maestros herejes, para que oportuna é importunamente, con ocasión ó sin ella sorprendan y pongan acechanzas á la sencillez de los niños y, mientras más desconocidas y ocultas son sus ar-

laqueos inducant, cuius quo magis inopinae, atque occultae sunt artes, eo magis sunt ad perdendum efficaces. Itaque non tantum quae sacris, sed etiam quae profanis disciplinis, non minus quae metaphysicae, aut ethicae, quam quae mathesi, aut physicae, aut historicae, aut humanis litteris, aut linguis, aut artibus quibusvis tradendis institutae sunt, periculi atque exitii plenas eiusmodi scholas esse nulla ratione dubitandum.

Quae sane cum ita se habere apprime nossent Emi. Patres, non illud tamen eos praeteribat, peculiaria quaedam rerum adiuncta id efficere posse, ut easdem adire aliquando cogat necessitas; ubi scilicet ea tyrannide opprimantur catholici, ut ad scholas proprias, id est catholicas adeundas nulla iam illis aut pateat via, aut suppetat facultas; adeoque in ea sint optione, ut vel necessaria domui suae studiorum subsidia deserant, publicumque ipsum regimen eterodoxis totum relinquant, aut scholas mixtas utut invitissimi subeant. At vero licet id Patribus persuaserit, non posse absoluto atque indefinito iudicio aditum ad scholas mixtas omnino improbari, remque potius singulorum Episcoporum prudenti arbitrio, religiosaeque conscientiae esse relinquendam, nihilominus, ne in re gravissima quisquam sese decipiat, duo voluerunt serio moneri, quae, cum agitur de subeunda occasione

tes, más eficaces son para corromper. Así pues, es indudable que estas escuelas constituyen un grave peligro y elemento de ruina, no sólo las que se han fundado para enseñar las ciencias sagradas, sino también las profanas; no menos las establecidas para enseñar la metafísica ó la ética, que para las matemáticas, ó la física, ó la historia, ó las humanidades, ó las lenguas, ó cualesquiera artes.

Los Emos. Padres conocían la verdad de estos hechos; ni se les ocultaba, empero, que ciertas circunstancias particulares podían hacer que alguna vez la necesidad obligase á frecuentarlas; por ejemplo, donde estén de tal manera tiranizados los católicos, que no les quede ni medio ni libertad para ir á las propias escuelas ó sea las católicas, y que, por tanto, se encuentren en la disyuntiva de privar á su familia de las naturales ventajas de los estudios y dejar por completo el gobierno en manos de herejes, ó acudir contra toda su voluntad á las escuelas mixtas. En tal virtud, aunque tengan entendido los Padres que no puede reprobarse absoluta y completamente la entrada á las escuelas mixtas, y que mejor debe dejarse el asunto al prudente arbitrio y religiosa conciencia de cada Obispo, sin embargo, para que ninguno se engañe á sí mismo en materia tan grave, tu-

proxima peccandi, quae necessaria sit, omnes monent theologi: *primo* ut videant Episcopi, ne fucata, aut proprie talis non sit, ea, quae obiicitur, necessitas: praesertim attentis circumstantiis eorum qui vel ex inopia altiora studia perficere nequeunt, vel alia de causa impares sunt ad officia publica sustinenda, non sine damno reipublicae christianae—*secundo* ut ab iis, ad quorum officium id spectat, remedia omnia studiose adhibeantur, quae ad avertendum perversionis periculum efficacia sint. Et ad primum quod attinet animadverterunt, frustra quempiam necessitatem causari, si ad alias scholas, quae sint mere catholicae, licet in extraneis regionibus sitae, *possit liberos suos sine notabili damno mittere:* ad alterum vero quod pertinet, moneri voluerunt plurimum ad hanc rem conferre, planeque esse necessariam unanimem, sinceramque concordiam sive laicorum cum clero, sive minoris cleri cum Episcopis, sive omnium inter se, ut, dum Episcopi sive coniuncti de opportunis adhibendis remediis in Synodis Provincialibus agunt, sive singuli gregem suum qua voce, qua litteris pastoralibus instruunt, et confirmant, a supremis vero Reipublicae moderatoribus sive per se, sive gravibus interpositis viris, ut meliorem in dies rerum ordinem, et conditiones aequiores impe-

vieron á bien aconsejar formalmente dos cosas que todos los teólogos advierten cuando se trata de encontrarse en ocasión próxima y necesaria de pecado: *primero,* cuiden los Obispos de que la necesidad que se aduce no sea aparente sino real: atendiendo principalmente á las circunstancias de los que ó por pobreza no pueden hacer los estudios superiores, ó por otra razón no están en aptitud de ocupar los puestos públicos, no sin daño de la república cristiana:—*segundo,* que aquellos que deben hacerlo pongan con esmero los medios eficaces para alejar el peligro de perversión. Sobre lo primero advirtieron que en vano alega necesidad quien *sin notable daño puede enviar á sus hijos* á otras escuelas que sean verdaderamente católicas, aunque sean de otros paises. Acerca de lo segundo quisieron se advirtiese que en esta materia ayuda mucho y es del todo necesaria la unánime y sincera concordia, asi de los seglares y el clero, como del clero menor y los Obispos, y de todos entre si, para que, mientras los Obispos ó reunidos en Concilio Provincial tratan de aplicar aportunos remedios; ó cada uno instruye y confirma su grey, ya de viva voz, ya por cartas pastorales; y procuran con prudencia y constancia ora por si mismos, ora valiéndose de personas respetables obtener de los Gobernantes cada

trent, constanter studioseque curant; dum clerus minor, ac praesertim Parochi in catechesibus, ac praecipue in iis exponendis veritatibus sive fidei sive morum, quae magis ab incredulis atque eterodoxis impetuntur, diligentem operam ponunt, expositamque tot periculis iuventutem magis magisque qua frequenti Sacramentorum usu, qua pietate in Beatam Virginem communire student, et ad Religionem firmiter tenendam excitant in omnibus vero iustum ac vehemens desiderium, ut eiusmodi religionis ac pietates offendicula, cuiusmodi certe scholae mixtae sunt, removeantur, prudenter, quidem, sed assidue alunt; dum singuli genitores, quive eorum loco sunt, liberis suis sollicite invigilant, ac vel ipsi per se, vel, si minus idonei ipsi sint, per alios de lectionibus auditis eos interrogant, libros iisdem traditos recognoscunt, et si quid noxium in illis deprehenderint, antidota praebent, a familiaritate vero et consortio haereticorum condiscipulorum omnino arcent et prohibent, omnium simul hac ratione coniunctae et consociatae vires facilius efficaciusque adolescentium salutem tueantur, omnenque pestem ab eorum animis avertant. Itaque ad dictum dubium.—*An liceat parentibus liberos suos huiusmodi scholis instituendos committere*—responderunt—*Generatim loquendo non licere, sed*

vez mejor orden de cosas y condiciones más favorables: al paso que el clero menor y en especial los Párrocos se consagran con celo á explicar el catecismo y en particular á explicar las verdades, tanto de fe como de costumbres que son más opugnadas por los incrédulos y herejes, y, bien por la frecuencia de Sacramentos, bien por la devoción á la Santísima Virgen se esfuerzan en sostener á los jóvenes expuestos á tan grandes peligros, y los animan á conservar con firmeza la Religión y alimentar en todos prudentemente, pero sin descanso el deseo justo y vivo de remover los tropiezos para la Religión y la piedad, como son sin duda las escuelas mixtas: mientras cada uno de los padres de familia ó quienes ocupen su lugar, cuidan de sus hijos con solicitud y por si mismos, ó si no son aptos por medio de otras personas les preguntan las lecciones que han recibido, revisan los libros que se han puesto en sus manos y en caso de que en ellos encontraren algo nocivo, les proporcionan el antidoto y del todo les prohiben y evitan la familiaridad y trato de los condiscípulos herejes; unidas asi y asociadas las fuerzas de todos, defenderán más fácil y eficazmente el bien de la juventud y alejarán de sus almas todo contagio. En consecuencia á la duda propuesta.—*Si es licito á los padres de familia enviar á sus*

in casibus particularibus iudicio et conscientiae Ordinarii id esse relinquendum; cuius tamen erit officii diligenter curare, ut non modo a se, et a Parochis, verum etiam a singulis genitoribus opportuna remedia adhibeantur, simulque eniti apud magistratus ac praesides, ne vis inferatur conscientiae catholicorum, adhibendo libros, qui Religioni catholicae sint infensi, ac denique assidue et instanter monere et hortari omnes, atque eos praesertim, quibus facultas est, ut liberos suos in alias regiones mittant, ubi catholice educentur.

Ex hisce autem, quae de hoc dubio considerata sunt facile ad alterum patuit responsio, quod primo loco hisce verbis proponebatur. — *An sacerdoti liceat scholarum, de quibus agitur, alumnis catholicis sive intra earum septa, sive alio, ut in ecclesiam, ad id convocatis, fidei christianae documenta speciatim tradere, aut pro eis capellani* (aumônier) *quovis munere fungi.*—Ex quo enim constat, gravissima ac plane extrema iuventuti catholicae in eiusmodi scholis versanti instare pericula, neque profecto cui-

hijos á esas escuelas para que se eduquen — respondieron: — *Que generalmente hablando, no es lícito; pero que en casos c ncretos esto se ha de dejar al juicio y conciencia del Ordinario; á quien corresponde, sin embargo, cuidar diligentemente de que se apliquen los oportunos remedios, no solo por sí mismos y por los Párrocos, sino también por los padres de familia, y al propio tiempo trabajarán ante los magistrados y gobernantes, para que no se tiranice la conciencia de los católicos con el uso de libros contrarios á la Religión católica, y aconsejar, en fin, y exhortar asidua é instantemente á todos, y en particular á los que cuenten con recursos, para que envíen á sus hijos á otros países donde se eduquen católicamente.*

Por las reflexiones que se han hecho sobre esta duda, se ha preparado la respuesta á la segunda que se propuso en primer término con estas palabras: *Si será lícito á un sacerdote enseñar especialmente la Doctrina cristiana á los alumnos católicos de las escuelas en cuestión, ya sea en el recinto de estas, ya en otro lugar, como en la iglesia, reuniéndolos al efecto; ó ejercer para con ellos cualquiera función de capellán* (aumônier). Desde luego que consta que amenazan gravísimos y casi inevitables daños á la juventud

piam dubitare licet, in extremo gregis periculo teneri vi muneris proprii Episcopos in subsidium accurrere, et sacerdotes ab eo evocatos ac praesertim Parochos omni studio opem suam conferre, cui tandem veniat in mentem, infelices illos adolescentulos in mortis faucibus haerentes negligi ac deseri posse? Qui sane si culpa propria eo devenissent, eripiendi tamen essent, nunc autem, cum non sua sed aliorum, eo fuerint perducti, quanto magis aequum est, ut sacerdotali cura suscipiantur? Neque vero quidquam movit Emos. Patres aut obiecta desperatio fructus, aut concepta spes ex desertione eorum, qui eas scholas adeunt, ceteros ab iis deterrendi, aut formidata scandali species, ne si populus videat docendi munus in iisdem scholis a sacerdotibus suscipi, eas ab Ecclesia approbari, liciteque ac libere adiri posse existimet. Cum enim agatur de obligatione, quae officio sacerdotali inest, palam est, non in ea exequenda scandalum timendum esse (quod sane pharisaicum foret), sed potius in eadem negligenda; neque bonum quodvis (pro quo obtinendo facienda mala non sunt) ex eius violatione esse quaerendum, neque denique ob desperationem fructus, quem divinae bonitati committere decet, deseri illam debere.—Quicumque enim *speculatores domui Israel dati sunt*, retinere non sine metu in

que frecuenta tales escuelas, y que en consecuencia nadie puede dudar de que los Obispos están obligados en virtud de su propio ministerio á ir en socorro de la grey puesta en inminente riesgo, y que los sacerdotes por él llamados y en especial los Párrocos tienen que prestar su ayuda con el mayor celo, ¿á quién entonces se ocurrirá que se vea con desprecio y se abandone á esos infelices jóvenes que se encuentran en las fauces de la muerte? Si hallándose en ese estado aun por culpa propia, deberían ser socorridos, ¿con cuánta mayor justicia deberá impartírseles el auxilio sacerdotal cuando han llegado á esa situación no por propia, sino por agena culpa? Y no ha preocupado en nada á los Emos. Padres ni la poca esperanza de fruto que se objeta, ni la probabilidad de apartar de estas escuelas á los demás poniéndoles delante la deserción de quienes las frecuentan, ni la temida ocasión de escándalo: porque si el pueblo ve que los sacerdotes enseñan en las mismas escuelas juzgue acaso que la Iglesia las aprueba y que lícita y libremente pueden frecuentarse. Tratándose de una obligación inherente al ministerio sacerdotal, es claro que en su cumplimiento no debe temerse escándalo, (que de seguro sería farisaico), sino más bien de no cumplirla; ni con su violación se ha de buscar algún bien, (que para

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

auribus debent, quae Dominus per Ezechielem monuit: nimirum, *si locuti ipsi non fuerint, ut se custodiat impius a via sua, fore ut impius in iniquitate sua moriatur;* at simul *sanguis eius de manu eorum requiratur;* quod si, curantibus illis impii salutem, nullus ex eorum labore fructus succedat, *impium quidem in iniquitate sua periturum, sed illos animam suam omnino liberasse.*

Itaque praedicto dubio:—*An liceat sacerdoti in praedictis scholis fidei christianae documenta tradere, aut capellani munere fungi.*—Respondendum censuerunt: « *Affirmative, et ad mentem: mens est, ut non modo fidei christianae tradendae, verum etiam disciplinarum scholis, quotquot fieri potest, praefici sacerdotes, aut honestos, perspectaeque religionis laicos curandum sit: quo vero omnis cesset scandali formido, monendum esse populum, id fieri, ut mala, quae ex huiusmodi scholis dimanant, quantum fieri potest, avertantur; idque proinde nemini excusationi esse debere, quo minus liberos suos mittat ad scho-*

obtenerlo no han de hacerse males); ni en fin, ha de abandonársela por poca esperanza de fruto que es necesario encomendar à la divina bondad.—Todos los que *han sido dados por centinelas á la casa de Israel*, deben recordar con temor lo que el Señor ha dicho por Ezequiel; á saber: *si no hablaren para que el impío se aparte de su camino, sucederá que el impío morirá en su maldad;* pero á la vez *su sangre se demandará de la mano de aquellos;* y si ellos procuran la salvación del impío sin que se obtenga ningún fruto del trabajo, *el impío perecerá en su maldad; pero ellos habrán salvado seguramente su propia alma.*

Así pues, á la duda antes propuesta:—*Si es lícito al sacerdote enseñar en dichas escuelas los dogmas de la fe cristiana ó hacer oficio de capellán*, tuvieron á bien responder: *Afirmativamente, y al sentido: el sentido es que en cuanto sea posible se procure, que no solo para enseñar la fe cristiana sino también las ciencias, se empleen sacerdotes ó seglares honrados y de reconocida piedad; y para que no haya ningún temor de escándalo se advertirá al pueblo, que esto se hace para evitar en lo posible los males que provienen de estas escuelas; y que por tanto nadie debe considerarse excusado de enviar á sus hijos á escuelas netamente*

las mere catholicas, in quibus eorum fides ac mores nullo modo periclitentur. »

Restat tertium dubium, quod pertinet ad incolas Montis Iurae Bernensi Reipublicae addictos, quodque ita propositum fuit: *Etiamsi illae* (scholae mixtae) *utcumque possint tolerari, an catholicis Iurassensibus liceat nuntium remittere iuri suo pactis publicis innixo, vi cuius nefas est, quemquam in publicis eorum scholis docendi munus obire, qui Religionem non profiteatur.* Cui dubio absque ulla haesitatione Emi. Patres respondendum esse censuerunt: « *Negative, sive agatur de expressa, sive etiam de tacita cessione ex silentio ac tolerantia culpabili.* » Itaque licet cavendum sit, ne quid imprudenter agatur, quo ad graviora mala inferenda adversariorum excitetur ferocitas, nihil tamen de industria, deque constantia remittendum est, quo minus media omnia legitima, quae in catholicorum potestate sint, adhibeantur ad praedictum ius una cum foederis sanctitate, et catholicae Religionis indemnitate recuperandum. Qua in re cum de zelo sive Antistitis, cuius iurisdictioni regio illa subiecta est, sive utriusque ordinis, clericalis scilicet et laicalis, Emi. Patres minime dubitant, quippe qui praeclara de eodem monumenta habent, tum illud commendare non desinunt, ut mutua concor-

católicas en que de ninguna manera peligren su fe y sus costumbres.

Queda la tercera duda que se refiere á los habitantes del Monte Jura, confederados á la República Suiza y que se propuso así: *Aunque alguna vez puedan tolerarse las escuelas mixtas, si es lícito á los católicos de Jura renunciar á su derecho fundado en tratados públicos en fuerza del cual no se permite que enseñe en sus escuelas públicas quien no profese la Religión católica.*—Sin vacilar creyeron los Emos. Padres que á esta duda debía responderse: *Negativamente, ya se trate de renuncia expresa, ya tácita por silencio ó tolerancia culpable.* Así pues, aunque debe evitarse toda imprudencia que excite la ira de los adversarios para causar mayores males; sin embargo, no se ha de omitir trabajo alguno ni constancia para poner en práctica todos los medios legítimos que estén al alcance de los católicos, para recobrar el expresado derecho juntamente con la inviolabilidad del tratado y garantías de la Religión católica. No dudando los Emos. Padres en este asunto, del celo así del Prelado á cuya jurisdicción está sujeto aquel país como del clero y de los seglares, puesto que tienen evidentes pruebas de ello, no dejan de recomendar que á todo trance se conserve la unión, que si faltare, no pue-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dia quam maxime retineatur, quae nisi vigeat, nihil unquam succedere feliciter poterit.

4.

INSTRUCTIO DE SCHOLIS PUBLICIS AD RMOS. EPISCOPOS IN FOEDERATIS STATIBUS AMERICAE SEPTENTRIONALIS.

Pluries S. Congregatio de Propaganda Fide certior facta est in Foederatis Statibus Americae Septentrionalis catholicae iuventuti e scholis publicis, quas illic vocant, gravissima damna imminere. Tristis hic nuntius effecit, ut praedicta S. Congregatio amplissimis istius ditionis Episcopis nonnullas quaestiones proponendas censuerit, quae partim ad causas, cur fideles sinant liberos suos scholas acatholicas frequentare, partim ad media quibus facilius iuvenes a scholis huiusmodi arceri possint, spectabant. Porro responsiones a laudatis Episcopis exaratae ad Supremam Congregationem Universalis Inquisitionis pro natura argumenti delatae sunt, et negotio diligenter explorato fer. IV die 30 Iunii 1875 per instructionem sequentem absolvendum ab Emis. Patribus iudicatum est, quam exinde SSmus. D. N. fer. IV. die 24 Novembris praedicti anni adprobare, ac confirmare dignatus est.

Porro in deliberationem cadere imprimis debebat ipsa iuventutis instituendae ratio scholis huiusmodi propria atque peculiaris. Ea vero S. Congregationi visa est etiam ex se periculi plena, ac perquam adversa rei catholicae. Alumni enim talium scholarum cum propria earumdem ratio omnem excludat doctrinam Religionis, neque rudimenta fidei addiscent, neque Ecclesiae instruentur praeceptis, atque adeo carebunt cognitione homini quam maxime necessaria, sine qua christiane non vivitur. Enim vero in eiusmodi scholis iuvenes educantur iam inde a prima pueritia, ac propemodum a teneris unguiculis: qua aetate, ut constat, virtutis aut vitii semina tenaciter haerent. Aetas igitur tam flexibilis si absque Religione adolescat, sane ingens malum est. Prorro autem in praedictis scholis utpote seiunctis ab Ecclesiae auctoritate, indiscriminatim ex omni secta magistri adhibentur, et ceteroquin ne perniciem afferant iuventuti nulla lege cautum est, ita ut liberum sit errores et vitiorum semina teneris mentibus infundere. Certa item corruptela ex hoc impendet quod in iisdem scholis aut saltem in pluribus earum utriusque sexus adolescentes et audiendis lectionibus in idem conclave congregantur, et sedere in eodem scamno masculi iuxta feminas iubentur. Quae omnia efficiunt, ut iuventus misere exponatur damno

4.

INSTRUCCIÓN Á LOS ILMOS. OBISPOS DE LOS ESTADOS UNIDOS DE LA AMÉRICA DEL NORTE, SOBRE LAS ESCUELAS PÚBLICAS.

La Sagrada Congregación de Propaganda Fide, ha tenido frecuentemente noticia de que en los Estados Unidos de la América del Norte amenazan gravísimos daños á la juventud católica por las ahí llamadas escuelas públicas. Esta triste noticia obligó á que dicha Sagrada Congregación hubiera determinado proponer á los Ilmos. Obispos de ese país algunas cuestiones, referentes unas á las causas por qué permiten los fieles que sus hijos frecuenten escuelas anticatólicas; otras á los medios de substraer á los jóvenes de las mismas escuelas. Como lo pedía la naturaleza del asunto se presentaron á la Suprema Congregación de la Universal Inquisición las respuestas dadas por los referidos Obispos, y una vez estudiado concienzudamente el punto, juzgaron los Emos. Padres en miercoles 30 de Junio de 1875 resolver por medio de la siguiente *Instrucción* que después se dignó aprobar y confirmar nuestro Smo. Padre en 24 de Noviembre del mismo año.

En primer lugar era natural que debía sujetarse á deliberación el método propio y peculiar de estas escuelas en la educación de la juventud. Este, aun en sí, pareció á la Sgda. Congregación lleno de peligro y muy contrario á la Religión Católica. Porque los alumnos de tales escuelas cuyo propio método excluye toda enseñanza religiosa, no aprenderán los rudimentos de la fe ni se instruirán en los preceptos de la Iglesia, y carecerán por tanto del conocimiento sobremanera necesario al hombre, sin el cual no se vive cristianamente. Pues en tales escuelas se educan los jóvenes desde la niñez, más aún, desde la infancia, edad en que, como es sabido, la semilla de la virtud ó del vicio se arraiga muy hondamente. Si esta edad tan delicada se desarrolla sin la Religión, es en verdad un gravísimo mal. Porque en dichas escuelas, por lo mismo que están separadas de la autoridad eclesiástica, se emplean indistintamente maestros de todas sectas, además de que ninguna ley impide que se dañe á la juventud, de suerte que hay libertad para sembrar en las tiernas inteligencias los errores y los vicios. Existe también otro abuso que consiste en que en las mismas escuelas, ó por lo menos en muchas de ellas, se reunen los jóvenes de ambos sexos en un mismo local para recibir las lecciones y se manda á los varones que se sienten en el mismo asien-

circa fidem, ac mores periclitentur.

Hoc autem periculum perversionis nisi e proximo remotum fiat, tales scholae tuta conscientia frequentari nequeunt. Id vel ipsa clamat lex naturalis et divina. Id porro claris verbis Summus Pontifex edixit, Friburgensis quondam Archiepiscopis die 14 Iulii 1864 ita scribens: «Certe quidem ubi in quibusque locis regionibusque perniciosissimum huiusmodi vel susciperetur vel ad exitum perduceretur consilium expellendi a scholis Ecclesiae auctoritatem, et iuventus misere exponeretur damno circa fidem, tunc Ecclesia non solum deberet intentissimo studio omnia conari, nullisque curis unquam parcere, ut eadem iuventus necessariam christianam institutionem et educationem habeat, verum etiam cogeretur omnes fideles monere, eisque declarare, eiusmodi scholas Ecclesiae catholicae adversas haud posse in conscientia frequentari.» Et haec quidem, utpote fundata Iure naturali ac divino, genarale quoddam enuntiant principium, vimque universalem habent, et ad eas omnes pertinent regiones, ubi perniciosisima huiusmodi iuventutis instituendae ratio infeliciter invecta fuerit.

Oportet igitur, ut Sacrorum

to que las mujeres. Todo esto da margen á que la juventud se exponga miserablemente á detrimento en la fe y á que peligren las costumbres.

En conciencia no pueden frecuentarse tales escuelas, si no es que de próximo se haga remoto este peligro de perversión. Esto lo enseña áun la ley natural y divina: hace poco tiempo lo enseñó terminantemente el Sumo Pontífice á los Obispos Alsacianos escribiendo en 14 de Julio de 1864 lo que sigue: «Ciertamente, en los lugares y países en que se adoptase ó practicase esa perniciosísima determinación de arrojar de las escuelas la autoridad de la Iglesia y por desgracia se expusiese á la juventud á detrimento en la fe, ahí debería la Iglesia no solo procurar con todas sus fuerzas sin perdonar medio ninguno, que la misma juventud contara con la necesaria instrucción y educación cristianas, sino que también estaría obligada á advertir á todos los fieles y declararles que en conciencia no pueden frecuentar dichas escuelas contrarias á la Iglesia Católica. Y esto, como quiera que esté basado en el Derecho natural y divino, expresa un cierto principio general, tiene fuerza universal y se aplica á todos los países donde se ha introducido ese perniciosísimo método de educar á la juventud.

Conviene por tanto, que los

Antistites, quacumque possint ope atque opera, commissum sibi gregem arceant ab omni contagione scholarum publicarum. Est autem ad hoc omnium consensu nil tam necessarium, quam ut catholici ubique locorum proprias sibi scholas habeant, easque publicis scholis haud inferiores. Scholis ergo catholicis sive condendis ubi defuerint sive amplificandis, et perfectius instruendis parandisque, ut institutione ac disciplina scholas publicas adaequent, omni cura prospiciendum est. Ac tam sancto quidem exequendo consilio tamque necessario, haud inutiliter adhibebuntur, si Episcopis ita visum fuerit, e Congregationibus religiosis sodales sive viri sive mulieres, sumptusque tanto operi necessarii, ut eo libentius atque abundantius suppeditentur a fidelibus, opportune oblata occasione, sive pastoralibus litteris sive concionibus sive privatis colloquiis serio necesse est ut ipsi commonefiant, sese officio suo graviter defuturos, nisi omni qua possunt cura, impensaque, scholis catholicis providerint. De quo potissimum monendi erunt quotquot inter catholicos ceteris praestant divitiis ac auctoritate apud populum: quique comitiis ferendis legibus sunt adscripti. Et vero in istis regionibus, nulla obstat lex civilis, quominus catholici ut ipsis visum fuerit propriis scholis prolem suam ad omnem scientiam

Prelados de la Iglesia, sin perdonar medio ni esfuerzo, aparten de todo contagio de las escuelas públicas á la grey que se les ha encomendado. Al efecto nada hay más necesario según el común sentir, como que los católicos tengan en todas partes sus propias escuelas y éstas no inferiores á las oficiales. Debe pues atenderse con el mayor cuidado á las escuelas católicas, ya fundándolas donde no las hubiere, ya ampliándolas, organizándolas y disponiéndolas más perfectamente, á fin de que en instrucción y disciplina igualen á las escuelas públicas. Para la realización de tan santo como importante pensamiento si así conviniere á los Obispos, se emplearán ó varones ó mujeres pertenecientes á las Congregaciones religiosas, y para que los fieles con mejor voluntad y largueza proporcionen los recursos indispensables á tan grande obra, aprovechando la oportunidad, deben advertirles seriamente en cartas pastorales ó en sermones ó en conversaciones privadas, que faltarían gravemente á su obligación si no proveyesen á las escuelas católicas por medio de todo cuidado y sacrificio. Sobre esto se ha de exhortar en especial á los católicos ricos, á los que tienen influencia en el pueblo y á los que forman parte de los congresos legislativos. Por lo demás en ese país ninguna ley civil impide que los católicos

ac pietatem erudiant. Est ergo in potestate positum ipsius populi catholici ut feliciter avertatur clades, quam scholarum illic publicarum institutum rei catholicae minitatur. Religio autem ac pietas ne e scholis vestris expellantur, id omnes tandem persuadeant sibi plurimum interesse, non singulorum tantum civium ac familiarum, verum etiam ipsius florentissimae Americanae nationis, quae tantam de se spem Ecclesiae dedit.

Ceterum S. Congregatio non ignorat talia interdum rerum esse adiuncta, ut parentes catholici prolem suam scholis publicis committere in conscientia possint. Id autem non poterunt, nisi ad sic agendum sufficientem causam habeant, ac talis causa sufficiens in casu aliquo particulari utrum adsit nec ne, id conscientiae ac iudicio Ordinariorum relinquendum erit; et tunc ea plerumque aderit, quando vel nulla praesto est schola catholica, vel quae suppetit parum est idonea erudiendis convenienter conditioni suae congruenterque adolescentibus. Tunc autem ut scholae publicae in conscientia adiri possint, periculum perversionis cum propria ipsarum ratione plus minusve nunquam non coniunctum, opportunis remediis cautionibusque fieri debet ex proximo remotum. Est ergo imprimis videndum, utrum-

eduquen libremente á sus hijos en ciencia y virtud en sus propias escuelas. Así es que el mismo pueblo católico puede felizmente evitar el daño que por el establecimiento de escuelas públicas pudiera venir allí al catolicismo. Todos en fin deben convencerse de que el no excluir de vuestras escuelas la Religión y la piedad, interesa sobre manera no solo á cada ciudadano y á cada familia sino á la misma poderosisima nación americana, que ha dado tantas esperanzas á la Iglesia.

Por lo demás, no se oculta á la Sgda. Congregación que á veces son tales las circunstancias que los padres católicos pueden en conciencia enviar á sus hijos á las escuelas públicas. Pero no podrán hacerlo si no tienen causa suficiente para proceder así, y se dejará á la conciencia y juicio de los Ordinarios si en algún caso particular existe ó no tal causa suficiente: que en general la habrá cuando ó no existe ninguna escuela católica, ó la que existe no es capaz de instruir á los jóvenes de un modo conveniente y conforme á su condición. En tal caso, para que en conciencia puedan ir á las escuelas oficiales, con oportunos remedios y precauciones, de próximo debe hacerse remoto el peligro de perversión que más ó menos nunca falta por su misma razón de ser. Se verá en primer lugar si en la escuela en cuestión es

ne in schola de qua adeunda quaeritur, perversionis periculum sit eiusmodi quod fieri remotum plane nequeat: velut quoties ibi, aut docentur quaedam, aut aguntur catholicae doctrinae bonisve moribus contraria, quaeque citra animae detrimentum neque audiri possunt, nedum peragi. Enim vero tale periculum, ut per se patet, omnino vitandum est cum quocumque damno temporali etiam vitae. Debet porro iuventus, ut committi scholis publicis in conscientia possit, necessariam christianam institutionem et educationem, saltem extra scholae tempus, rite ac diligenter accipere. Quare Parochi ac missionarii, memores eorum quae providentissime hac de re Concilium Baltimorense constituit, catechesibus diligenter dent operam, iisque explicandis praecipue incumbant veritatibus fidei ac morum, quae magis ab incredulis et heterodoxis impetuntur; totque periculis expositam iuventutem impensa cura, qua frequenti Sacramentorum usu, qua pietate in B. Virginem studeant communire, et ad religionem firmiter tenendam etiam atque etiam excitare. Ipsi vero parentes, quive eorum loco sunt, liberis suis sollicite invigilent, ac vel ipsi per se vel, si minus idonei ipsi sint, per alios, de lectionibus auditis eos interrogent, libros iisdem traditos recognoscant, et si quid noxium ibi deprehenderint, antidota prae-

tal el peligro de perversión que de ningún modo pueda hacerse remoto, como cuando en ella se enseñan ó se practican algunas cosas contrarias á la doctrina católica y á las buenas costumbres y que no pueden oirse ni menos practicarse sin detrimento del alma. Es evidente que tal peligro debe evitarse á costa de cualquiera pérdida temporal aunque sea de la vida. Así pues, para poder en conciencia enviar á los jóvenes á las escuelas públicas deben recibir esmerada y diligentemente, al menos fuera del tiempo de la clase, la necesaria instrucción y educación cristiana. En consecuencia los Párrocos y misioneros, recordando lo que acerca de esto determinó el Concilio Baltimorense se consagrarán á dar instrucciones catequísticas, procurando explicar particularmente las verdades de fe y de moral que sean más impugnadas por los incrédulos y los herejes, y con el mayor celo cuidarán de fortalecer á los jóvenes expuestos á tantos peligros y exhortarlos más y más, ya por el uso frecuente de los Sacramentos, ya por la devoción á la Sma. Virgen á conservar firmemente la Religión. Los mismos padres de familia ó quienes hagan sus veces, cuiden de sus hijos con esmero, y por sí mismos, ó si no son aptos por medio de otros les preguntarán sobre las lecciones que hayan recibido, revisarán los libros que se

beant, eosque a familiaritate et consortio discipulorum, a quibus fidei vel morum periculum imminere possit, seu quorum corrupti mores fuerint, omnino arceant atque prohibeant. Hanc autem necessariam christianam institutionem et educationem liberis suis impertire quotquot parentes negligunt; aut qui frequentare eos sinunt tales scholas in quibus animarum ruina evitari non potest, aut tandem qui, licet, schola catholica in eodem loco idonea adsit, apteque instructa, et parata, seu quamvis facultatem habeant in alia regione prolem catholice educandi, nihilominus committunt eam scholis publicis, sine sufficienti causa, ac sine necessariis cautionibus, quibus periculum perversionis e proximo remotum fiat: eos si contumaces fuerint absolvi non posse in Sacramento Poenitentiae ex doctrina morali catholica manifestum est.

Haec instructio probata fuit feria IV, 24 Novembris 1875.

hayan puesto en sus manos, y en caso de que encontraren algo nocivo les proporcionarán el antídoto y los apartarán del todo y les evitarán la familiaridad y compañía de los condiscípulos por quienes pueda peligrar la fe y las costumbres, ó cuya conducta fuere mala. Todos los padres que descuidan impartir á sus hijos esta necesaria y cristiana instrucción y educación; ó los que permiten que frecuenten estas escuelas en que no puede evitarse la ruina de las almas; ó finalmente los que á pesar de que haya en el mismo lugar una buena escuela católica, debidamente organizada y dispuesta; ó que aunque tengan recursos para educar católicamente á los hijos en otro país, los envían sin embargo á las escuelas oficiales sin causa suficiente y sin las precauciones necesarias para que el peligro de perversión se haga de próximo, remoto; es evidente según la moral católica que éstos, si fueren contumaces, no pueden ser absueltos en el Sacramento de la Penitencia.

Esta instrucción fué aprobada el miércoles 24 de Noviembre de 1875.

5.

Litterae Circulares Sacrae Congr. Concilii ad Ordinarios Americae Meridionalis.

De Seminariorum regimine.

De clericorum seminariis agens S. Tridentina Synodus in sess. XXIII, cap. 23 de Ref., praescriptis pluribus, quae ad alumnorum admissionem et ad religiosam et litterariam eorum educationem spectant, haec addit: « Quae omnia atque alia ad hanc rem opportuna et necessaria Episcopi singuli, cum consilio duorum canonicorum seniorum et graviorum, quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggesserit, constituent, eaque ut semper observentur saepius visitando operam dabunt.»

Pergens deinde ad ea quae oeconomicam administrationem respiciunt, statuit ut « iidem Episcopi cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur; itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad clerum pertineat, «omnibus provideant, quae ad collegii fabricam instituendam, ad mercedem praeceptoribus et ministris solvendam, ad alendam iuventutem et ad alios sumptus referuntur. »

Duplex itaque S. Synodus iubet adesse Consilium in seminariis constituendis et regendis, alterum pro re disciplinari, alterum pro temporali administratione, distincta personarum numero, electionis forma ac officio; etsi nihil vetat quominus duo canonici, qui in coetu sunt consultorum pro re oeconomica, ipsi ab Episcopo eligantur et deputentur etiam pro disciplina, dummodo muneris distinctio servetur.

Quae omnia quam sapienter ordinata fuerint, quisque facile intelliget qui secum reputet, quantum a prospero seminarii statu et a sana clericorum institutione profectus religionis pendeat: unde duplicem hunc consultorum ordinem adesse, qui in seminariorum regimine et administratione Episcopis adsit suppetias ferens, et in tanto ponderе sustinendo eisdem opituletur, nonnisi prudentissima cautio ac saluberrima provisio est. Eo vel magis quod Episcopi aut visitatione Dioecesis, aut aliis negotiis quibus necessario debent intendere, ita saepe occupentur, ut sui seminarii curae indesinenter vacare, et omnibus per se et directe consulere plerumque omnino impediantur.

Nec opponi potest exinde Ordinarios in expedita pii instituti gubernatione impediri; siquidem recepta regula est a S. C. C. inde ab anno 1585 tradita ac saepius deinde confirmata, ut Episcopi adhibere quidem deputatorum consilium teneantur, non item sequi. Sane in *Oscen.* mensis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Octobris 1585 S. C. censuit « sufficere quod Episcopus huiusmodi consilium requirat, eorumque consilio adhibito posse Episcopum statuere et deliberare quae pro prudentia sua magis expedire iudicaverit. » Quod autem solummodo pro consilio stat, impedimento esse non potest; sed lumini potius directioni et auxilio inservit.

Noverint ergo Episcopi quanti intersit, quantoque studio satagendum sit, ut haec tam salubriter instituta lex executioni ubique demandetur, et fideliter servetur.

Quod si ex cleri defectu, aut ex gravibus aliis conditionum adiunctis, in quibus Americae Meridionalis Dioeceses versantur, haec omnia impleri non possint, universam legem corruere, aut eius observantiam in iis quoque quae possibilia sunt praetermitti pati non debent Ordinarii: sed S. Sedem adire opportune tunc poterunt, quae pro variis locorum circumstantiis et casuum diversitate consilio suo Episcopis aderit, et salva legis substantia, in iis quae ad formam pertinent opportuna temperamenta adhibere non omittet.

Pro viribus tamen nitendum, ut, si fieri potest, in omnibus lex vigeat, nihilque ex ea detrahatur; adeo ut uterque consultorum coetus ad praescriptam formam constitutus munere suo iuxta legem defungatur.

Quae vero sit electionis forma in deputatis constituendis servanda, ex adducto Concilii textu perspicue patet.

Nec minori claritate innotescit in quibusnam negotiis consultorum votum sit exquirendum; in omnibus scilicet quae tum ad disciplinam et educationem clericorum tum ad sumptuariam piae domus rationem spectant. Unde S. C. C. in *Oscen.* anni 1585 superius adducta declaravit: « Episcopum cum consilio deputatorum teneri tam circa institutionem, disciplinam et mores clericorum, quam circa rerum temporalium administrationem providere..... exactionem vero quae fit pro seminario ad solum Episcopum spectare. »

Et in *Salernitana* mensis Iulii 1589 propositis dubiis:

« II. An eorum (duorum scilicet deputatorum super disciplina) consilium adhibendum sit tam in constituendis regulis universalibus seminarii, quam in electione puerorum singulorum introducendorum, in electione magistrorum, librorum legendorum, confessoris, punitione discolorum, expulsione, visitatione et similibus? »

« III. An alii quatuor sint deputandi, et deputati adhibendi sint in consilio tantummodo in taxatione, contributione fructuum ex unione beneficiorum et in aliis difficultatibus ob quas seminarii instructio vel conservatio impediretur vel perturbaretur; an etiam in exactione et temporalium administratione tam dicti seminarii utputa, deputatione vel expulsione ministrorum et famulorum temporalium, expensis quotidianis, provisione bladorum; quam etiam bonorum quarumcumque et reddituum ipsius seminarii, etiam ex beneficiis unitis, utputa locationibus, concessionibus, aliisque contractibus et litibus? » responsum fuit:

Ad II: *In omnibus his esse adhibendum.*

Ad III. *Teneri Episcopum adhiberi deputatorum Consilium tam circa institutionem, disciplinam et mores, quam temporalium rerum administrationem.*

Cum autem unus ex consultoribus, super temporalibus negotiis deputatus a clero sit eligendus, clerus ius suum exercere potest in Synodo, si haec tunc habeatur, prout doctores tradunt: aliter electio in peculiari totius cleri civitatis conventu est peragenda.

Omnium denique electorum munus perpetuum esse debere, et neminem nisi ex legitima causa amoveri posse, S. C. C. in cit. *Salernitana* anni 1589 resolvit, idque saepius deinde confirmavit.

Quod si ex morte, ex discessu aut ex alia iusta ratione alter eorum a suo munere cesset, eius subrogatio per eos facienda est per quos prior electio est acta.

Hae praecipuae sunt canonicae disciplinae capita, quibus deputatorum seminarii institutum continetur et regitur, quae de mandato Smi. D. N. Papae Leonis XIII, praesentibus S. C. litteris, omnibus Americae Meridionalis Ordinariis in mentem revocantur, ut consultissimae legis observantia, ubi obsolevit, restituatur, et ubi adhuc inducta non fuit, quamprimum in usum adducatur.

Datum Romae ex S. C. Concilii die 15 Martii 1897.

A. CARD. DI PIETRO,
Praefectus.

B. Archiep. NAZIANZENUS,
Pro-Secretarius.

6.

CONSTITUTIO APOSTOLICA
SS. D. N. LEONIS PAPAE XIII
DE PROHIBITIONE
ET CENSURA LIBRORUM.

——

LEO EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

Officiorum ac munerum, quae diligentissime sanctissimeque servari in hoc apostolico fastigio oportet, hoc caput atque haec summa est, assidue vigilare atque omni ope contendere, ut integritas fidei morumque christianorum ne quid detrimenti capiat. Idque, si unquam alias, maxime est necessarium hoc

tempore, cum, effrenatis licentia ingeniis ac moribus, omnis fere doctrina, quam Servator hominum Iesus Christus tuendam Ecclesiae suae ad salutem generis humani permisit, in quotidianum vocatur certamen atque discrimen. Quo in certamine variae profecto atque innumerabiles sunt inimicorum calliditates artesque nocendi: sed cum primis est plena periculorum intemperantia scribendi, disseminandique in vulgus quae prave scripta sunt, nihil enim cogitari potest perniciosius ad inquinandos animos per contemptum Religionis perque illecebras multas peccandi. Quamobrem tanti metuens mali, et incolumitatis fidei ac morum custos et vindex Ecclesia, maturrime intellexit, remedia contra eiusmodi pestem esse sumenda: ob eamque rem id perpetuo studuit, ut homines, quoad in se esset, pravorum librorum lectione, hoc est pessimo veneno, prohiberet. Vehemens hac in re studium beati Pauli viderunt proxima originibus tempora: similique ratione perspexit sanctorum Patrum vigilantiam, iussa Episcoporum, Conciliorum decreta, omnis consequens aetas.

Praecipue vero monumenta litterarum testantur, quanta cura diligentiaque in eo evigilaverint Romani Pontifices, ne haereticorum scripta, malo publico, impune serperent. Plena est exemplorum vetustas. Anastasius I scripta Origenis perniciosiora, Innocentius I Pelagii, Leo magnus Manichaeorum opera omnia, gravi edicto damnavere. Cognitae eadem de re sunt litterae *decretales* de recipiendis et non recipiendis libris, quas Gelasius opportune dedit. Similiter, decursu aetatum, Monothelitarum, Abaelardi, Marsilii Patavini, Wiclefi et Husii pestilentes libros, sententia apostolicae Sedis confixit.

Saeculo autem decimo quinto, comperta arte nova libraria, non modo in prava scripta animadversum est, quae lucem aspexissent, sed etiam ne qua eius generis posthac ederentur, caveri coeptum. Atque hanc providentiam non levis aliqua causa, sed omnino tutela honestatis ac salutis publicae per illud tempus postulabat: propterea quod artem per se optimam, maximarum utilitatum parentem, christianae gentium humanitati propagandae natam, in instrumentum ingens ruinarum nimis multi celeriter deflexerant. Magnum prave scriptorum malum, ipsa vulgandi celeritate maius erat ac velocius effectum. Itaque saluberrimo consilio cum Alexander VI, tum Leo X, decessores Nostri, certas tulere leges utique congruentes iis temporibus ac moribus, quae officinatores librarios in officio continerent.

Mox graviore exorto turbine, multo vigilantius ac fortius oportuit malarum haereseon prohibere contagia. Idcirco idem Leo X, posteaque Clemens VII, gravissime sanxerunt, ne cui legere, seu retinere, Lutheri libros fas esset. Cum vero pro illius aevi infelicitate crevisset praeter modum atque in omnes partes pervasisset perniciosorum librorum impura colluvies, ampliore ac praesentiore remedio opus esse videbatur. Quod quidem remedium opportune primus adhibuit Paulus IV decessor Noster, videlicet elencho proposito scriptorum et librorum, a quorum usu cavere fideles oporteret. Non ita multo post Tridentinae Synodi Patres gliscentem scribendi legendique licentiam novo consilio coercendam curaverunt. Eorum quippe voluntate iussuque lecti ad id praesules et theologi non solum augendo perpoliendoque Indici, quem Paulus IV ediderat, dedere operam, sed Regulas etiam conscripsere, in editione, lectione, usuque librorum servandas: quibus Regulis Pius IV apostolicae auctoritatis robur adiecit.

Verum salutis publicae ratio, quae Regulas Tridentinas initio genuerat, novari aliquid in eis, labentibus aetatibus, eadem iussit. Quamobrem Romani Pontifices nominatimque Clemens VIII, Alexander VII, Benedictus XIV, gnari temporum et memores prudentiae, plura decrevere, quae ad eas explicandas atque accommodandas tempori valuerunt.

Quae res praeclare confirmant, praecipuas Romanorum Pontificum curas in eo fuisse perpetuo positas, ut opinionum errores morumque corruptelam, geminam hanc civitatum labem ac ruinam, pravis libris gigni ac disseminari solitam, a civili hominum societate defenderent. Neque fructus fefellit operam, quam diu in rebus publicis administrandis rationi imperandi ac prohibendi lex aeterna praefuit, rectoresque civitatum cum potestate sacra in unum consensere.

Quae postea consecuta sunt, nemo nescit. Videlicet cum adiuncta rerum atque hominum sensim mutavisset dies, fecit id Ecclesia prudenter more suo, quod, perspecta natura temporum, magis expedire atque utile esse hominum saluti videretur. Plures Regularum Indicis praescriptiones, quae excidisse opportunitate pristina videbantur, vel decreto ipsa sustulit, vel more usuque alicubi invalescente antiquari benigne simul ac provide sivit. Recentiore memoria, datis ad Archiepiscopos Episcoposque e Principatu pontificio litteris, Pius IX Regulam X magna ex parte mitigavit. Praeterea, propinquo iam Concilio magno Vaticano, doctis viris, ad argumenta paranda delectis, id negotium dedit, ut expenderent atque aestimarent Regulas Indicis universas, iudiciumque ferrent, quid de iis facto opus esset. Illi commutandas,

consentientibus sententiis, iudicavere. Idem se et sentire et petere a Concilio plurimi ex Patribus aperte profitebantur. Episcoporum Galliae extant hac de re litterae, quarum sententia est, necesse esse et sine cunctatione faciendum, ut *illae Regulae et universa res Indicis novo prorsus modo nostrae aetati melius attemperato et observatu faciliori instaurarentur*. Idem eo tempore iudicium fuit Episcoporum Germaniae, plane petentium, ut *Regulae Indicis... recenti revisioni et redactioni submittantur*. Quibus Episcopi concinunt ex Italia aliisque e regionibus complures.

Qui quidem omnes, si temporum, si institutorum civilium, si morum popularium habeatur ratio, sane aequa postulant et cum materna Ecclesiae sanctae caritate convenientia. Etenim in tam celeri igeniorum cursu, nullus est scientiarum campus, in quo non litterae licentius excurrant: inde pestilentissimorum librorum quotidiana colluvies. Quod vero gravius est, in tam grandi malo non modo connivent, sed magnam licentiam dant leges publicae. Hinc ex una parte, suspensi religione animi plurimorum: ex altera, quidlibet legendi impunita copia.

Hisce igitur incommodis medendum rati, duo facienda duximus, ex quibus norma agendi in hoc genere certa et perspicua omnibus suppetat. Videlicet librorum improbatae lectionis diligentissime recognosci Indicem; subinde, maturum cum fuerit, ita recognitum vulgari iussimus. Praeterea ad ipsas Regulas mentem adiecimus, easque decrevimus, incolumi earum natura, efficere aliquanto molliores, ita plane ut iis obtemperare, dummodo quis ingenio malo non sit, grave arduumque esse non possit. In quo non modo exempla sequimur decessorum Nostrorum, sed maternum Ecclesiae studium imitamur: quae quidem nihil tam expetit, quam se impertire benignam, sanandosque ex se natos ita semper curavit, curat, ut eorum infirmitati amanter studioseque parcat.

Itaque matura deliberatione, adhibitisque S. R. E. Cardinalibus a sacro Consilio libris notandis, edere *Decreta Generalia* statuimus, quae infra scripta, unaque cum hac Constitutione coniuncta sunt: quibus idem sacrum Consilium posthac utatur unice, quibusque catholici homines toto orbe religiose pareant. Ea vim legis habere sola volumus, abrogatis *Regulis* sacrasanctae Tridentinae Synodi iussu editis, *Observationibus, Instructione, Decretis, Monitis*, et quovis alio decessorum Nostrorum hac de re statuto iussuque, una excepta Constitutione Benedicti XIV *Sollicita et provida*, quam, sicut adhuc viguit, ita in posterum vigere integram volumus.

DECRETA GENERALIA

de prohibitione et censura librorum.

—

TITULUS I.

DE PROHIBITIONE LIBRORUM.

CAPUT I.—*De prohibitis apostatarum, haereticorum, schismaticorum, aliorumque scriptorum libris.*

1.—Libri omnes, qui ante annum MDC. aut Summi Pontifices, aut Concilia oecumenica damnarunt, et in novo Indice non recensentur, eodem modo damnati habeantur, sicut olim damnati fuerunt: iis exceptis, qui per haec Decreta Generalia permittuntur.

2.—Libri apostatarum, haereticorum, schismaticorum quorumcumque scriptorum haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentes, omnino prohibentur.

3.—Item prohibentur acatholicorum libri, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri.

4.—Libri eorumdem auctorum, qui ex professo de religione non tractant, sed obiter tantum fidei veritates attingunt, iure ecclesiastico prohibiti non habeantur, donec speciali decreto proscripti haud fuerint.

——

CAPUT II.—*De Editionibus textus originalis et versionum non vulgarium Sacrae Scripturae.*

5.—Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum Sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuscumque publicatae, etsi fideliter et integre editae appareant, iis dumtaxat, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam, dummodo tamen non impugnentur in prolegomenis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata, permittuntur.

6.—Eadem ratione, et sub iisdem conditionibus, permittuntur aliae versiones Sacrorum Bibliorum sive latina, sive alia lingua non vulgari ab acatholicis editae.

CAPUT III.—*De Versionibus vernaculis Sacrae Scripturae.*

7.—Cum experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri; versiones omnes in lingua vernacula, etiam a viris catholicis confectae, omnino prohibentur, nisi fuerint ab Apostolica Sede approbatae, aut editae sub vigilantia Episcoporum cum adnotationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiae Patribus, atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

consentientibus sententiis, iudicavere. Idem se et sentire et petere a Concilio plurimi ex Patribus aperte profitebantur. Episcoporum Galliae extant hac de re litterae, quarum sententia est, necesse esse et sine cunctatione faciendum, ut *illae Regulae et universa res Indicis novo prorsus modo nostrae aetati melius attemperato et observatu faciliori instaurarentur*. Idem eo tempore iudicium fuit Episcoporum Germaniae, plane petentium, ut *Regulae Indicis... recenti revisioni et redactioni submittantur*. Quibus Episcopi concinunt ex Italia aliisque e regionibus complures.

Qui quidem omnes, si temporum, si institutorum civilium, si morum popularium habeatur ratio, sane aequa postulant et cum materna Ecclesiae sanctae caritate convenientia. Etenim in tam celeri igeniorum cursu, nullus est scientiarum campus, in quo non litterae licentius excurrant: inde pestilentissimorum librorum quotidiana colluvies. Quod vero gravius est, in tam grandi malo non modo connivent, sed magnam licentiam dant leges publicae. Hinc ex una parte, suspensi religione animi plurimorum: ex altera, quidlibet legendi impunita copia.

Hisce igitur incommodis medendum rati, duo facienda duximus, ex quibus norma agendi in hoc genere certa et perspicua omnibus suppetat. Videlicet librorum improbatae lectionis diligentissime recognosci Indicem; subinde, maturum cum fuerit, ita recognitum vulgari iussimus. Praeterea ad ipsas Regulas mentem adiecimus, easque decrevimus, incolumi earum natura, efficere aliquanto molliores, ita plane ut iis obtemperare, dummodo quis ingenio malo non sit, grave arduumque esse non possit. In quo non modo exempla sequimur decessorum Nostrorum, sed maternum Ecclesiae studium imitamur: quae quidem nihil tam expetit, quam se impertire benignam, sanandosque ex se natos ita semper curavit, curat, ut eorum infirmitati amanter studioseque parcat.

Itaque matura deliberatione, adhibitisque S. R. E. Cardinalibus a sacro Consilio libris notandis, edere *Decreta Generalia* statuimus, quae infra scripta, unaque cum hac Constitutione coniuncta sunt: quibus idem sacrum Consilium posthac utatur unice, quibusque catholici homines toto orbe religiose pareant. Ea vim legis habere sola volumus, abrogatis *Regulis* sacrasanctae Tridentinae Synodi iussu editis, *Observationibus, Instructione, Decretis, Monitis*, et quovis alio decessorum Nostrorum hac de re statuto iussuque, una excepta Constitutione Benedicti XIV *Sollicita et provida*, quam, sicut adhuc viguit, ita in posterum vigere integram volumus.

DECRETA GENERALIA

de prohibitione et censura librorum.

—

TITULUS I.

DE PROHIBITIONE LIBRORUM.

CAPUT I.—*De prohibitis apostatarum, haereticorum, schismaticorum, aliorumque scriptorum libris.*

1.—Libri omnes, qui ante annum MDC. aut Summi Pontifices, aut Concilia oecumenica damnarunt, et in novo Indice non recensentur, eodem modo damnati habeantur, sicut olim damnati fuerunt: iis exceptis, qui per haec Decreta Generalia permittuntur.

2.—Libri apostatarum, haereticorum, schismaticorum quorumcumque scriptorum haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentes, omnino prohibentur.

3.—Item prohibentur acatholicorum libri, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri.

4.—Libri eorumdem auctorum, qui ex professo de religione non tractant, sed obiter tantum fidei veritates attingunt, iure ecclesiastico prohibiti non habeantur, donec speciali decreto proscripti haud fuerint.

——

CAPUT II.—*De Editionibus textus originalis et versionum non vulgarium Sacrae Scripturae.*

5.—Editiones textus originalis et antiquarum versionum catholicarum Sacrae Scripturae, etiam Ecclesiae Orientalis, ab acatholicis quibuscumque publicatae, etsi fideliter et integre editae appareant, iis dumtaxat, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam, dummodo tamen non impugnentur in prolegomenis aut adnotationibus catholicae fidei dogmata, permittuntur.

6.—Eadem ratione, et sub iisdem conditionibus, permittuntur aliae versiones Sacrorum Bibliorum sive latina, sive alia lingua non vulgari ab acatholicis editae.

CAPUT III.—*De Versionibus vernaculis Sacrae Scripturae.*

7.—Cum experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri; versiones omnes in lingua vernacula, etiam a viris catholicis confectae, omnino prohibentur, nisi fuerint ab Apostolica Sede approbatae, aut editae sub vigilantia Episcoporum cum adnotationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiae Patribus, atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

8.—Interdicuntur versiones omnes Sacrorum Bibliorum, quavis vulgari lingua ab acatholicis quibuscumque confecta, atque illae praesertim, quae per Societates Biblicas, a Romanis Pontificibus non semel damnatae, divulgantur, cum in iis saluberrimae Ecclesiae leges de divinis libris edendis funditus posthabeantur.

Hae nihilominus versiones iis, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam, permittuntur: iis servatis, quae supra (n. 5) statuta sunt.

CAPUT IV.—*De Libris obscenis.*

9.—Libri, qui res lascivas seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed et morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur.

10.—Libri auctorum sive antiquorum, sive recentiorum, quos classicos vocant, si hac ipsa turpitudinis labe infecti sunt, propter sermonis elegantiam et proprietatem, iis tantum permittuntur, quos officii aut magisterii ratio excusat: nulla tamen ratione pueris vel adolescentibus, nisi solerti cura expurgati, tradendi aut prealegendi erunt.

CAPUT V.—*De quibusdam specialis argumenti libris.*

11.—Damnantur libri, in quibus Deo aut Beatae Virgini Mariae, vel Sanctis, aut Catholicae Ecclesiae eiusque Cultui, vel Sacramentis, aut Apostolicae Sedi detrahitur. Eidem reprobationis iudicio subiacent ea opera, in quibus inspirationis Sacrae Scripturae conceptus pervertitur, aut eius extensio nimis coarctatur. Prohibentur quoque libri, qui data opera Ecclesiasticam Hierarchiam, aut statum clericalem vel religiosum probris afficiunt.

12.—Nefas esto libros edere, legere aut retinere in quibus sortilegia, divinatio, magia, evocatio spirituum, aliaeque huius generis superstitiones docentur, vel commendantur.

13.—Libri aut scripta, quae narrant novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula, vel quae novas inducunt devotiones, etiam sub praetextu quod sint privatae, si publicentur absque legitima Superiorum Ecclesiae licentia, proscribuntur.

14.—Prohibentur pariter libri, qui duellum, suicidium, vel divortium licita statuunt, qui de sectis massonicis, vel aliis eiusdem generis societatibus agunt, easque utiles et non perniciosas Ecclesiae et civili societati esse contendunt, et qui errores Apostolica Sede proscriptos tuentur.

—

CAPUT IV.—*De Sacris Imaginibus et Indulgentiis.*

15.—Imagines quomodocumque impressae Domini Nostri Iesu Christi, Beatae Mariae Virginis Angelorum atque Sanctorum, vel aliorum Servorum Dei ab Ecclesiae sensu et decretis difformes, omnino vetantur. Novae vero, sive preces habeant adnexas, sive absque illis edantur, sine ecclesiasticae potestatis licentia non publicentur.

16.—Universis interdicitur indulgentias apocryphas, et a Sancta Sede Apostolica proscriptas vel revocatas quomodocumque divulgare. Quae divulgatae iam fuerint, de manibus fidelium auferantur.

17.—Indulgentiarum libri omnes, summaria, libelli, folia, etc., in quibus earum continentur, non publicentur absque competentis auctoritatis licentia.

CAPUT VII.—*De libris liturgicis et precatoriis.*

18.—In authenticis editionibus Missalis, Breviarii, Ritualis, Caeremonialis Episcoporum, Pontificalis romani, aliorumque librorum liturgicorum a Sancta Sede Apostolica approbatorum, nemo quidquam immutare praesumat; si secus factum fuerit, hae novae editiones prohibentur.

—

19.—Litaniae omnes, praeter antiquissimas et communes, quae in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus ac Ritualibus continentur, et praeter litanias de Beata Virgine, quae in sacra Aede Lauretana decantari solent, et litanias Sanctissimi Nominis Iesu iam a Sancta Sede approbatas, non edantur sine revisione et approbatione Ordinarii.

20.—Libros, aut libellos precum, devotionis vel doctrinae institutionisque religiosae, moralis, asceticae, mysticae, aliosque huiusmodi, quamvis ad fovendam populi christiani pietatem conducere videantur, nemo, praeter legitimae auctoritatis licentiam, publicet: secus prohibiti habeantur.

CAPUT VIII.—*De diariis, foliis et libellis periodicis.*

21.—Diaria, folia et libelli periodici, qui religionem aut bonos mores data opera impetunt, non solum naturali, sed etiam ecclesiastico iure proscripta habeantur.

Curent autem Ordinarii, ubi opus sit, de huiusmodi lectionis periculo et damno fideles opportune monere.

22.—Nemo e catholicis, praesertim e viris ecclesiasticis, in huiusmodi diariis, vel foliis, vel libellis periodicis, quidquam nisi suadente iusta et rationabili causa, publicet.

—

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT IX.—*De facultate legendi et retinendi libros prohibitos.*

23.—Libros sive specialibus, sive hisce generalibus Decretis proscriptos, ii tantum legere et retinere poterunt, qui a Sede Apostolica, aut ab illis, quibus vices suas delegavit, opportunas fuerint consecuti facultates.

24.—Concedendis licentiis legendi et retinendi libros quoscumque prohibitos Romani Pontifices Sacram Indicis Congregationem praeposuere. Eadem nihilominus potestate gaudent, tum Suprema Sancti Officii Congregatio, tum Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro regionibus suo regimini subiectis. Pro Urbe tantum, haec facultas competit etiam Sacri Palatii Apostolici Magistro.

25.—Episcopi aliique Praelati, iurisdictione quasi episcopali polentes, pro singularibus libris, atque in casibus tantum urgentibus, licentiam concedere valeant. Quod si iidem generalem a Sede Apostolica impetraverint facultatem; ut fidelibus proscriptos legendi retinendique licentiam impertiri valeant, eam nonnisi cum delectu et ex iusta et rationabili causa concedant.

26.—Omnes qui facultatem apostolicam consecuti sunt legendi et retinendi libros prohibitos, nequeunt ideo legere et retinere libros quoslibet, aut ephemerides ab Ordinariis locorum proscriptas, nisi eis in apostolico indulto expressa facta fuerit potestas legendi et retinendi libros a quibuscumque damnatos. Meminerint insuper qui licentiam legendi libros prohibitos obtinuerunt, gravi se praecepto teneri huiusmodi libros ita custodire, ut ad aliorum manus non perveniant.

CAPUT X.—*De denunciatione pravorum librorum.*

27.—Quamvis catholicorum omnium sit, maxime eorum qui doctrina praevalent, perniciosos libros Episcopis, aut Apostolicae Sedi denunciare; id tamen speciali titulo pertinet ad Nuntios, Delegatos Apostolicos, locorum Ordinarios, atque Rectores Universitatum doctrinae laude florentium.

28.—Expedit ut in pravorum librorum denuntiatione non solum libri titulus indicetur, sed etiam, quoad fieri potest, causae exponantur ob quas liber censura dignus existimatur. Iis autem ad quos denunciatio defertur, sanctum erit, denunciantium nomina secreta servare.

29.—Ordinarii, etiam tanquam Delegati Sedis Apostolicae, libros, aliaque scripta noxia in sua Dioecesi edita vel diffusa proscribere, et e manibus fidelium auferre studeant. Ad Apostolicum iudicium ea deferant opera vel scripta, quae subtilius examen exigunt, vel in quibus

ad salutarem effectum consequendum, supremae auctoritatis sententia requiri videatur.

TITULUS II.

DE CENSURA LIBRORUM.

CAPUT I.—*De Praelatis librorum censurae praepositis.*

30.—Penes quos potestas sit Sacrorum Librorum editiones et versiones adprobare vel permittere ex iis liquet, quae supra (n. 7) statuta sunt.

31.—Libros ab Apostolica Sede proscriptos nemo audeat iterum in lucem edere; quod si ex gravi et rationabili causa, singularis aliqua exceptio hac in re admittenda videatur, id nunquam fiet, nisi obtenta prius Sacrae Indicis Congregationis licentia, servatisque conditionibus ab ea praescriptis.

32.—Quae ad causas Beatificationum et Canonizationum Servorum Dei utcumque pertinent, absque beneplacito Congregationis Sacris Ritibus tuendis praepositae, publicari nequeunt.

33.—Idem dicendum de Collectionibus Decretorum singularum Romanarum Congregationum: hae nimirum Collectiones edi nequeant, nisi obtenta prius licentia, et servatis conditionibus a moderatoribus uniuscuiusque Congregationis praescriptis.

24.—Vicarii et Missionarii Apostolici Decreta Sacrae Congregationis Propagandae Fidei praepositae de libris edendis fideliter servent.

35.—Approbatio librorum, quorum censura praesentium Decretorum vi Apostolicae Sedi vel Romanis Congregationibus non reservatur, pertinet ab Ordinarium loci in quo publici iuris fiunt.

36.—Regulares, praeter Episcopi licentiam, meminerint teneri se, sacri Concilii Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem a Praelato, cui subiacent, obtinere. Utraque autem, concessio in principio vel in fine operis imprimatur.

37.—Si auctor Romae degens librum non in Urbe, sed alibi imprimere velit, praeter approbationem Cardinalis Urbis Vicarii et Magistri Sacri Palatii Apostolici, alia non requiritur.

CAPUT II.—*De censorum officio in praevio librorum examine.*

38.—Curent Episcopi, quorum muneris est facultatem libros imprimendi concedere, ut eis examinandis spectatae pietatis et doctrinae viros adhibeant, de quorum fide et integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratiae daturos, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito. Dei dumtaxat gloriam spectaturos et fidelis populi utilitatem.

39.—De variis opinionibus atque sententiis (iuxta Benedicti XIV praeceptum) animo a

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ARCHIVO HISTÓRICO NACIONAL DE PROPAGANDA FIDE

praeiudiciis omnibus vacuo, iudicandum sibi esse censores sciant. Itaque nationis, familiae, scholae, instituti affectum excutiant, studia partium seponant. Ecclesiae sancta dogmata, et communem Catholicorum doctrinam, quae Conciliorum generalium decretis, Romanorum Pontificum Constitutionibus, atque Doctorum consensu continentur, unice prae oculis habeant.

40.—Absoluto examine, si nihil publicationi libri obstare videbitur, Ordinarius, in scriptis et omnino gratis, illius publicandi licentiam, in principio vel in fine operis imprimendam, auctori concedat.

Caput III.—*De libris praeviae censurae subiiciendis.*

41.—Omnes fideles tenentur praeviae censurae eclesiasticae eos saltem subiicere libros, qui Divinas Scripturas, sacram Theologiam, Historiam ecclesiasticam, Ius canonicum, Theologiam naturalem, Ethicen aliasve huiusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generaliter omnia, in quibus religionis et morum honestatis specialiter intersit.

42.—Viri e clero seculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum praebeant.

Iidem prohibentur quominus, absque praevia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant.

Caput IV.—*De Typographis et Editoribus librorum.*

43.—Nullus liber censurae ecclesiasticae subiectus excudatur, nisi in principio nomen et cognomem tum auctoris, tum editoris praeferat, locum insuper et annum impressionis atque editionis. Quod si aliquo in casu, iustas ob causas, nomen auctoris tacendum videatur, id permittendi penes Ordinarium potestas sit.

44.—Noverint typographi et editores librorum novas eiusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere, hanc insuper textui originali tributam, eius in aliud idioma versioni non suffragari.

45.—Libri ab Apostolica Sede damnati, ubique gentium prohibiti censeantur, et in quodcumque vertantur idioma.

46.—Quicumque librorum venditores, praecipue qui catholico nomine gloriantur, libros de obscenis ex professo tractantes neque retineant; ceteros prohibitos venales non habeant, nisi a Sacra Indicis Congregatione veniam per Ordinarium impetraverint, nec cuiquam vendant nisi prudenter existimare possint, ab emptore legitime peti.

—

Caput V.—*De poenis in Decretorum Generalium transgressores statutis.*

47.—Omnes et singuli scienter legentes, sine auctoritate Sedis Apostolicae, libros apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis auctoris per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes, excommunicationem ipso facto incurrunt, Romano Pontifici speciali modo reservatam.

48.—Qui sine Ordinarii approbatione Sacrarum Scripturarum libros, vel earumdem adnotationes vel commentarios imprimunt, aut imprimi faciunt, incidunt ipso facto in excommunicationem nemini reservatam.

49.—Qui vero cetera transgressi fuerint, quae his Decretis Generalibus praecipiuntur, pro diversa reatus gravitate serio ab Episcopo moneantur; et, si opportunum videbitur, canonicis etiam poenis coerceantur.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere, decernimus: irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes, contrariis non obstantibus quibusqumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides quae Nostrae voluntatis significationi his praesentibus ostensis haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, limitationis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.—Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo septimo, VIII Kal. Februarias, Pontificatus Nostri decimo nono.

A. CARD. MACCHI.

A. PANICI Subdatarius.

VISA

DE CVRIA I. DE AQVILA E VICECOMITIBVS.

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Secret. Brevium.

I. CVCNONIVS.

7.

Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium Decretum.

Circa manifestationem conscientiae.

Quemadmodum omnium rerum humanarum quantumvis honestae sanctaeque in se sint; ita et legum sapienter conditarum ea conditio est, ut ab hominibus ad impropria et aliena ex abusu traduci ac pertrahi valeant; ac propterea quandoque fit, ut intentum a legislatoribus finem haud amplius assequantur; imo et aliquando, ut contrarium sortiantur effectum.

Idque dolendum vel maxime est obtigisse quoad leges plurium Congregationum, Societatum aut Institutorum sive mulierum quae vota simplicia aut solemnia nuncupant, sive virorum professione ac regimine penitus laicorum; quandoquidem aliquoties in illorum Constitutionibus conscientiae manifestatio permissa fuerat, ut facilius alumni arduam perfectionis viam ab expertis superioribus in dubiis addiscerent; e contra a nonnullis ex his intima conscientiae scrutatio, quae unice Sacramento Poenitentiae reservata est, inducta fuit. Itidem in Constitutionibus ad tramitem SS. Canonum praescriptum fuit, ut Sacramentalis Confessio in huiusmodi Communitatibus fieret respectivis Confessariis ordinariis et extraordinariis; aliunde superiorum arbitrium eo usque devenit, ut subditis aliquem extraordinarium confessarium denegaverint, etiam in casu quo, ut propriae conscientiae consulerent, eo valde indigebant. Indita denique eis fuit discretionis ac prudentiae norma, ut suos subditos rite recteque quoad peculiares poenitentias ac alia pietatis opera dirigerent; sed et haec per abusionem extensa in id etiam extitit, ut eis ad Sacram Synaxim accedere vel pro lubitu permiserint, vel omnino interdum prohibuerint. Hinc factum est, ut huiusmodi dispositiones, quae ad spiritualem alumnorum profectum et ad unitatis pacem et concordiam in Communitatibus servandam fovendamque salutariter ac sapienter constitutae iam fuerant, haud raro in animarum discrimen, in conscientiarum anxietatem, ac insuper in externae pacis turbationem versae fuerint, ceu subditorum recursus et querimoniae passim ad S. Sedem interiectae evidentissime comprobant.

Quare SSmus. D. N. Leo divina Providentia Papa XIII, pro ea qua praestat erga lectissimam hanc sui gregis portionem peculiari sollicitudine, in audientia habita a me Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositae die decimaquarta Decembris 1890 omnibus sedulo diligenterque perpensis, haec quae sequuntur voluit, constituit atque decrevit.

I. Sanctitas Sua irritat, abrogat, et nullius in posterum roboris declarat quasqumque dispositiones Constitutionum, piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum, etsi dictae Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam aiunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et conscientiae intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio iniungit moderatoribus ac moderatricibus huiusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus praefatae dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis superioribus ac superiorissis cuiuscumque gradus et praeeminentiae sint ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, praecepto, consilio, timore, minis, aut blanditiis ad huiusmodi manifestationem conscientiae sibi peragendam; subditisque e converso praecipit, ut superioribus maioribus denuncient superiores minores, qui eos ad id inducere audeant; et si agatur de moderatore vel moderatrice Generali denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

III. Hoc autem minime impedit quominus subditi libere ac ultro aperire suum animum superioribus valeant ad effectum ab illorum prudentia in dubiis ac anxietatibus consilium et directionem obtinendi pro virtutum acquisitione ac perfectionis progressu.

IV. Praeterea firmo remanente, quoad confessarios ordinarios et extraordinarios Communitatum quod a Sacrosancto Concilio Tridentino praescribitur in *Sess. 25 Cap. 10 de Regul. et a S. M. Benedicti XIV* statuitur in Constitutione quae incipit «Pastorali curae» Sanctitas Sua Praesules superioresque admonet ne extraordinarium denegent subditis confessarium quoties ut propriae conscientiae consulant ad id subditi adigantur, quin iidem superiores ullo modo petitionis rationem inquirant, aut aegre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae Dioeceseos, in quibus mulierum Communitates existunt, idoneos sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro Sacramento Poenitentiae recurrere eae facile queant.

V. Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad Sacram Synaxim accedendi, eadem Sanctitas Sua decernit, hu-

iusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu quo aliquis ex eorum subditis post ultimam Sacramentalem Confessionem Communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad Poenitentiae Sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis; et quoties ob fervorem et spiritualem alicuius profectum confessarius expedire iudicaverit ut frequentius accedat, id ei ab ipso confessario permitti poterit. Verum qui licentiam a confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianae Communionis, de hoc certiorem reddere superiorem teneatur; quod si hic iustas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores huiusmodi Communiones, eas confessario manifestare teneatur, cuius iudicio ac quiescendum omnino erit.

VII. Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis superioribus generalibus provincialibus et localibus Institutorum de quibus supra sive virorum sive mulierum ut studiose accurateque huius Decreti dispositiones observent sub poenis contra superiores Apostolicae Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis.

VIII. Denique mandat, ut praesentis Decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus praedictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, stato tempore in unaquaque Domo, sive in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato alta et intelligibili voce legantur.

Et ita Sanctitas Sua constituit atque decrevit, contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 17 Decembris 1890.

I. CARD. VERGA,
Praefectus.

Fr. ALOISIUS Ep. CALLINICEN.,
Secretarius.

8.

SACRAE CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM, DECRETUM.

DE INSTITUTIS VOTORUM SIMPLORUM ET DE ORDINATIONIBUS REGULARIUM.

Auctis admodum ex singulari Dei beneficio votorum simplicium Institutis, uti multa inde bona oriuntur, ita aliqua parit incommoda facilis alumnorum huiusmodi societatum egressus, et

consequens, ex iure constituto, regressus in Dioecesim originis. Haec autem graviora efficit temporalium bonorum inopia qua nunc Ecclesia premitur, unde Episcopi saepe providere nequeunt ut illi vitam honeste traducant. Haec, aliaque id genus, etiam de alumnis Ordinum votorum solemnium, perpendentes nonnulli Sacri locorum Antistites, pro Ecclesiastici ordinis decore et fidelium aedificatione, ab Apostolica Sede enixis precibus postularunt, remedium aliquod adhiberi. Cum ergo totum negotium Sanctissimus D. N. Leo PP. XIII detulisset Sacrae huic Congregationi Episcoporum et Regularium Negotiis et Consultationibus praepositae, Emi. Patres in Conventu Plenario habito in Vaticanis aedibus die 29 mens. Augusti anni 1892, praevio maturo examine ac discussione, perpensaque universa rei ratione, opportunas edere censuerunt dispositiones per generale decretum ubique locorum perpetuis futuris temporibus servandas. Quas cum SS. D. N. in Audientia d. 23 Sept. huius anni 1892 infrascripto Secretario benigne impertita probare et confirmare dignatus fuerit, ea quae sequuntur per praesens decretum Apostolica Auctoritate statuuntur et decernuntur.

I. Firmis remanentibus Constitutione S. Pii V. diei 14 Oct. anni 1568, incipient. *Romanus Pontifex*, et declaratione s. m. Pii PP. IX edita die 12 mens. Iunii anni 1858, quibus superioribus Ordinum Regularium prohibetur, ne litteras dimissoriales concedant novitiis aut professis votorum simplicium triennalium, ad hoc ut titulo paupertatis ad SS. Ordines promoveri valeant, eaedem dispositiones extenduntur etiam ad Instituta votorum simplicium, ita ut horum Institutorum superiores non possint in posterunt litteras dimissoriales concedere pro SS. Ordinibus, vel quomodocumque ad Sacros Ordines alumnos promovere titulo mensae communis vel missionis, nisi illis tantum alumnis, qui vota quidem simplicia, sed perpetua iam emiserint proprio Instituto stabiliter aggregati fuerint; vel qui saltem per triennium permanserint in votis simplicibus temporaneis quoad ea Instituta quae ultra triennium perpetuam differunt professionem. Revocatis ad hunc effectum omnibus indultis ac privilegiis iam obtentis a S. Sede, necnon dispositionibus contrariis in respectivis Constitutionibus contentis, etsi tales Constitutiones fuerint a S. Sede Apostolica approbatae.

II. Hinc notum sit oportet de generali regula haud in posterum dispensatum iri, ut ad Maiores Ordines alumnos Congregationis votorum solemnium promoveatur quin prius solemnem professionem emiserit, vel per integrum triennium in votis sim-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

plicibus perseveraverit, si alumnus Instituto votorum simplicium sit addictus.—Quod si interdum causa legitima occurrat, cur quispiam Sacros Ordines suscipiat triennio nondum expleto, peti poterit ab Apostolica Sede dispensatio, ut clericus vota solemnia nuncupare possit quamvis non expleverit triennium, quoad Instituta vero votorum simplicium perpetuorum.

III. Dispositiones contentae in Decreto S. C. Concilii iussu sa. me. Urbani VIII edito die 21 Septembris 1624 incipien. *Sacra Congregatio*, ac in decreto eiusdem S. C. iussu sa. me. Innocentii XII edito die 24 mens. Iulii anni 1694, incipien. *Instantibus*, ac in allis decretis generalibus, quibus methodus ordinatur a superioribus Ordinum Regularium servanda in expellendis propriis alumnis, nedum in suo robore manent, sed servandae imponuntur etiam superioribus Institutorum votorum simplicium, quoties agatur de aliquo alumno vota simplicia quidem sed perpetua professo, vel votis simplicibus temporaneis adstricto ac in Sacris insuper Ordinibus constituto dimittendo: ita ut horum neminem et ipsi dimittere valeant, ut nunc dictum est, nisi ob culpam gravem, externam, et publicam, et nisi culpabilis sit etiam incorregibilis. Ut autem quis incorregibilis revera habeatur, superiores praemittere debent, distinctis tempo-

ribus, trinam admonitionem et correctionem; qua nihil proficiente superiores debent processum contra delinquentem instruere, processus resultantia accusato contestari, eidem tempus congruum concedere, quo suas defensiones sive per se, sive per alium eiusdem Instituti religiosum exhibere valeat; quod si accusatus ipse proprias defensiones non praesentaverit, superior, seu Tribunal, defensorem, ut supra, alumnum respectivi Instituti ex officio constituere debebit. Post haec superior cum suo Consilio sententiam expulsionis aut dimissionis pronuntiare poterit, quae tamen nullum effectum habebit si condemnatus a sententia prolata rite ad S. C. EE. et RR. appellaverit, donec per eamdem S. C. definitivum iudicium prolatum non fuerit.—Quoties autem gravibus ex causis procedendi methodus supradicta servari nequeat, tunc recursus haberi debeat ad hanc S. C. ad effectum obtinendi dispensationem a solemnitatibus praescriptis, et facultatem procedendi summario modo iuxta praxim vigentem apud hanc S. C.

IV. Alumni votorum solemnium, vel simplicium perpetuorum, vel temporalium, in Sacris Ordinibus contituti, qui expulsi vel dimissi fuerint, perpetuo suspensi maneant, donec a S. Sede alio modo eis consulatur; ac praeterea Episcopum benevolum receptorem invenerint, et de

ecclesiastico patrimonio sibi providerint.

V. Qui in Sacris Ordinibus constituti et votis simplicibus obstricti sive perpetuis, sive temporalibus, sponte dimissionem ab Apostolica Sede petierint et obtinuerint, vel perpetuis et temporaneis dispensati fuerint, ex claustro non exeant, donec Episcopum benevolum receptorem invenerint, et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint, secus suspensi maneat ab exercitio susceptorum Ordinum. Quod porrigitur quoque ad alumnos votorum simplicium temporalium qui quovis professionis vinculo iam forent soluti, ob elapsum tempus quo vota ab ipsis fuerunt nuncupata.

VI. Professi tum votorum solemnium, tum simplicium ab Ordinariis locorum ad Sacros Ordines non admittantur, nisi, praeter alia a Iure statuta, testimoniales litteras exhibeant, quo saltem per annum sacrae Theologiae operam dederint si agatur de subdiadonatu, ad minus per biennium, si de diaconatu, et quoad presbyteratum, saltem per triennium, praemisso tamen regulari aliorum studiorum curriculo.

Haec de expresso Sanctitatis Suae mandato praefata Sacra Congregatio constituit atque decernit, contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, ex Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium, die 4 novembris 1892.

I. Card. VERGA,
Praefectus.

† Ios. M Arch. Caesarien.,
Secretarius.

9.

Decretum.

De eleemosynarum collectis.

Singulari quidem protectione et auxilio dignae semet exhibent mulieres quae in piis religiosisque Institutis Deo se devovent, in proximorum bonum longe lateque opera misericordiae exerceant nedum directe, sed stipem etiam iisdem operibus sustentantes quaeritantes, atque egregiam eapropter humilitatis, patientiae, charitatis aliarumque virtutum laudem praeseferentes. Cum tamen hoc colligendarum eleemosynarum ministerium, prae muliebri quaeritantium indole, ac hodierna humanae societatis conditione, periculis haud vacet nisi opportunis cautelis communiatur Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium nonnullis Episcopis petentibus, re diligenter et mature perpensa, haec quae sequuntur statuit ac decrevit.

I. In votorum simplicium Institutis opus quaeritandi eleemosynas alumnae non aggrediantur nisi in spiritu fidei, quod stipem

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS ARCHIVO GENERAL DE INDIAS

non sibi quaerant, sed ipsi Christo Iesu memores verborum eius: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Praeterea Ordinarios locorum, etiamsi eorum territoria pertranseant, obsequio reverentia et devotione prosequantur, tanquam parentes et patronos, quos adeant cum fiducia pro consilio auxilio ac praesidio in qualibet necessitate.

II. Iisdem votorum simplicium sororibus nos liceat eleemosynas quaerere, sive intra Dioecesim in quae ipsae resident, sive extra sine licentia Ordinarii loci respectivae residentiae.

III. Stipem quaesiturae extra Dioecesim respectivae residentiae, licentiam obtinere insuper debent ab Ordinario loci in quo eleemosynas quaeritare desiderant.

IV. Nihil tamen impedit, quominus superiorissae, nulla petita licentia, ad sublevandam domum vel piorum operum, quibus praesunt inopiam, possint eleemosynas undequaque oblatas accepto habere, vel etiam per litteras impetrare ab honestis ac benevolis personis quibuscumque, usquedum a legitimo superiore rationabili ex causa, non prohibeantur.

V. Ordinarius loci, in quo extat domus Sororum quaeritare volentium, licentiam eis non concedat, 1.° si de vera domus vel pii operis necessitate sibi non constet; 2.° si quaeritatio commode fieri possit per alios ab ipsomet Ordinario designandos. Si autem necessitati occuri valeat per quaeritationem in loco in quo Sorores resident, vel intra propriam Dioecesim, Ordinarius eisdem licentiam non impertiatur eleemosynas colligendi extra Dioecesim.

VI. Utraque licentia tradatur gratis et in scriptis, in qua quilibet Ordinarius leges et conditiones imponere poterit, quas pro locorum, temporum et personarum adiunctis magis opportunas in Domino iudicaverit. Licentia vero Ordinarii piae Sororum domus contineat litteras vel commissorias ad parochos aliasve prudentes personas, pro Sororibus quaeritantibus intra Dioecesim pro Sororibus extra propiam Dioecesim quaeritantibus. In litteris commissoriis mandetur parochis aliisve probis personis, ut consiliis et meliori qua possunt opera praesto sint Sororibus, earum agendi rationom invigilent, et si quid in eis minus rectum resciverint, statim ipsi Ordinario referant. In commendatitiis exorentur Ordinarii locorum, ut in sua quisque Dioecesi Sorores ad quaeritandum admissas protegat ac adiuvet ac si sibi subditas eas haberet.

VII. Quisque loci Ordinarius Sorores ex aliena Dioecesi advenientes ad eleemosynas colligendas non admittat nisi prius

eamdem licentiam proprii Ordinarii sibi exhibuerint. Sororibus vero huiusmodi licentiam exhibentibus ipse suam, si lubeat, impertiatur licentiam quaeritandi in propria Dioecesi. Ubi autem sorores, etiam si utraque licentia praeditae, in eleemosynarum quaestu male se gerant statim in propiam domum eas redire Ordinarius iubeat, opportunisque etiam mediis si opus fuerit compellat.

VIII. Superiorissae, praesertim extra locum ubi domus habent, nunquam ad eleemosynas quaerendas mittant sorores nisi binas, aetate et animo maturas, intra Dioecesim non ultra mensem, extra Dioecesim non ultra duos menses, et semper ea pecuniae summa instructas qua, inopinato quocumque casu cogente, possint statim domum redire. Sorores quaeritantes semper et ubique ea qua decet, modestia eniteant, virorum familiaritatem et sermones inutiles caveant; clamores, tabernas aliaque loca incongrua evitent; nec in domibus longiorem moram faciant quam sit necessarium pro expetendis eleemosynis. Singulae nunquam incedant, neque ab invicem separentur, nisi necessitate impellente. Iter facientes, si commode fieri poterit, utantur via ferrea; sed quantum possunt, de nocte, neque ab uno loco discedant, neque ad alium perveniant. De suo adventu futuro praemoneant illum, cui datae sunt Episcopi litterae; eique cum pervenerint se sistant precesque adhibeant, ut intercedat pro invenienda hospitalitate apud aliquod pium feminarum Institutum, vel saltem apud aliquam honestam mulierem, nunquam vero in domo ubi possint in aliquod periculum offendere. Matutinas ac vespertinas preces non omittant: quotidie de mane aliquam ex vicinioribus ecclesiis petant ibique Sacro assistant; singulis hebdomadis Poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis reficiantur. Ante solis ortum et post occasum eleemosynas per loca non quaeritent. Elapso tempore ad quaeritandum eis praefixo, sine ulla mora ad propriam superiorissam recto tramite remigrent. Eleemosynas nunquam arroganter vel tanquam debitas postulent, sed breviter et humiliter sua et piorum operum exposita inopia, si quid sponte offertur accipiant, secus patienter divinae Providentiae confidant. Alias normas opportunas, quae a propria superiorissa dari poterunt, adamussim observent.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 27 Martii 1896.

I. Card. VERGA,
Praefectus.

A. Can. Boccafogli,
Sub-Secr.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10.

DECRETUM S. OFFICII
DE LEGE IEIUNII ET ABSTINENTIAE ANTICIPANDA VEL DISPENSANDA AB EPISCOPIS.

Feria IV die 5 Decembris 1894.

Cum recenter ad hanc Supremam Congregationem S. R. et U. Inquisitionis a compluribus Episcopis pervenerint petitiones, quarum omnium una mens erat, abstinentiae legem, de qua valde solliciti sunt, magnis in populorum concursibus aegre admodum ac difficulter variis de causis posse servari, et damno potius animarum quam saluti praebere occasionem; Eminentissimi ac Reverendissimi Domini S. R. E. Cardinales contra haereticam pravitatem in universa christiana republica Generales Inquisitores, in plenario comitio dictae Feriae IV die 5 decembris 1894; re integre proposita ac mature perpensa, decreverunt ut infra, scilicet:

Supplicandum Sanctissimo ut Episcopis aliisque locorum Ordinariis concedere dignetur facultatem anticipandi die sibi benevisa atque ob gravissimas causas etiam dispensandi super lege ieiunii et abstinentiae, quando festum sub utroque praecepto servandum Patroni Principalis aut Titularis, vel solemne aliquod festum item magno populorum concursu celebrandum incideret in ferias sextas aut sabbata per annum, excepto tempore quadragesimae, diebus quatuor temporum et vigiliis per annum ieiunio consecratis; atque ut eadem anticipandi seu etiam gravissimis de causis dispensandi potestate uti possint pro diebus quibus nundinae extraordinariae, magno item populorum concursu, habeantur.

Habita autem per R. P. D. Asessorem S. O. relatione Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, idem Sanctissimus Dominus praesens decretum ratum habuit et confirmavit ac omnibus et singulis locorum Ordinariis facultatem, de qua agitur perpetuis futuris temporibus concessit ac attribuit, facta tamen in singulis casibus mentione Apostolicae dispensationis.

IOS. MANCINI,
S. R. et U. I. Notarius.

11.

DUBIA QUOAD DECRETUM DE LEGE IEIUNII ET ABSTINENTIAE ANTICIPANDA VEL DISPENSENDA AB EPISCOPIS.

Feria IV die 18 Martii 1896.

Post latum feria IV die 5 Decembris 1894 Supremae huius Congregationis S. O. decretum, quod incipit *Cum recenter*, quo facultas fit locorum Ordinariis anticipandi in alium diem, vel etiam, gravissimis de causis, dispensandi super ienunii et abstinentiae lege, occasione solemnitatum in vetitum aliquem diem incidentium, a pluribus locis circa eiusdem decreti genuinum sensum dubia proposita fuere quae sequuntur:

I. Utrum ad hoc ut Episcopus dispensare valeat, ad tramitem decreti, necesse sit ut festum celebretur magno populorum concursu?

II. Utrum Episcopus dispensare possit quando agitur tantum de festo duplicis praecepti, an etiam quando agitur de alio festo, vel alia catholica solemnitate, ex. gr. de centenariis, peregrinationibus et similibus?

III. Quomodo sit intelligendus magnus populorum concursus, an popolorum extraneorum vel etiam eiusdem civitatis et loci?

IV. Utrum inter causas gravissimas, ob quas Episcopus non solum anticipare, sed etiam dispensare potest assignari valeat grave periculum quod abstinentia anticipanda non observetur?

V. Utrum diebus exceptis, ieiunio consecratis, vetitum sit Episcopis tantum dispensare super abstinentia vel etiam illam anticipare?

VI. Utrum ex rationabili causa possit Episcopus committere Parochis, ut ipsi assignent diem in quo anticipari debeat abstinentia?

Quibus dubiis ad examen sedulo vocatis in Congregatione Generali habita feria IV die 18 martii 1896 Emi. ac Rmi. Domini Cardinales Inquisitores Generales, praehabito voto DD. Consultorum, respondendum mandarunt:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam; modo adsit magnus populorum concursus.

Ad III. Attentis omnibus, intelligi potest etiam de concursu civitatis aut loci, facto verbo cum Sanctissimo.

Ad IV. Affirmative, dummodo periculum sit generale.

Ad V. Affirmative, scilicet, utrumque vetitum est Episcopis.

Ad VI. Affirmative.

Sequenti vero feria VI die 20 eiusdem mensis SSmus. Dominus Noster Leo divina Providentia Papa XIII, in solita audientia R. P. D. Assessori impertita, relatas sibi Emorum. Patrum resolutiones benigne approbare et confirmare dignatus est.

12.

DECLARATIO S. R. C. DE ALTARI PRO REPONENDO SS. SACRAMENTO FERIIS V ET VI MAIORIS HEBDOMADAE. ROMANA.

Instantibus plerisque Rmis. Episcopis variarum regionum, qui sacros ritus et caeremonias iuxta ecclesiasticas praescriptiones ac laudabiles consuetudines in suis Dioecesibus observari satagunt, quaestio super Altari quod communiter dicitur *sepul-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

crum, alias agitata, S. R. Congregationi sub duplici sequenti dubio proposita fuit, nimirum.

I. Utrum in Altari, in quo Feria V et VI Maioris Hebdomadae, publicae adorationi exponitur et asservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, repraesentetur sepultura Domini, aut institutio eiusdem Augustissimi Sacramenti?

II. Utrum liceat ad exornandum praedictum altare adhibere statuas aut picturas, nempe Beatissimae Virginis, S. Ioannis Evangelistae, S. Mariae Magdalenae et militum custodum, aliaque huiusmodi?

Sacra porro Rituum Congregatio in ordinariis comitiis, subsignata die ad Vaticanum habitis, ad relationem infrascripti Cardinalis Sacrae eidem Congregationi Praefecti, exquisitis trium Rmorum. Consultorum suffragiis, scripto exaratis, attenta quoque antiqua et praesenti Ecclesiae disciplina, omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Utrumque.*

Ad II. *Negative. Poterunt tamen Episcopi, ubi antiqua consuetudo vigeat, huiusmodi repraesentationes tolerare: careant autem ne novae consuetudines hac in re introducantur:* Atque ita rescripsit, contrariis quibuscumque decretis abrogatis. Die 15 Decembris 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Congregationis ratum habuit et confirmavit iisdem die, mense et anno.

C. CARD. ALOISI-MAZZELLA,
S. R. C. Praef.

D. PANICI,
S. R. C. Secretarius.

13.

INSTRUCTIO S. OFFICII AD PROBANDUM OBITUM ALICUIUS CONIUGIS.

Matrimonii vinculo duos tantummodo « Christo ita docente, copulari, et coniungi posse, alterutro vero coniuge vita functo, secundas, imo et ulteriores nuptias licitas esse, dogmatica Ecclesiae Catholicae doctrina est. »

Verum ad secundas, et ulteriores nuptias quod attinet, cum de re agatur, quae difficultatibus, ac fraudibus haud raro est obnoxia, hinc Sancta Sedes sedulo curavit modo Constitutionibus generalibus, saepius autem responsis in casibus particularibus datis, ut libertas novas nuptias ineundi ita cuique salva esset, ut praedicta matrimonii unitas in discrimen non adduceretur.

Inde constituta Sacrorum Canonum, quibus, ut quis possit licete ad alia vota transire, exigitur quod de morte coniugis

certo constet, uti cap. *Dominus de secundis nuptiis*, vel quod de ipsa morte recipiatur *certum nuncium* uti Cap. *In praesentia. De sponsalibus, et matrimoniis.* Inde etiam ea quae explanatius traduntur in Instructione « *Cum alias, 21 Augusti 1670* a Clemente X sancita, et in Bullario Romano inserta super examine testium pro matrimoniis contrahendis in Curia Emi. Vicarii Urbis, et coeterorum Ordinariorum. Maxime vero quae propius ad rem facientia ibi habentur NN. 12, et 13.

Et haec quidem abunde sufficerent si in eiusmodi causis peragendis, omnimoda, et absoluta certitudo de alterius coniugis obitu haberi semper posset; sed cum id non sinant casuum propemodum infinatae vices (quod sapienter animadversum est in laudata Instructione his verbis: *Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quae de Iure communi possunt admitti, dummodo legitimae sint, et sufficientes)* sequitur, quod stantibus licet principiis generalibus praestitutis, haud raro casus eveniunt, in quibus Ecclesiasticorum Praesidum iudicia haerere solent in vera iustaque probatione dignoscenda, ac statuenda, imo pro summa illa facilitate, quae aetate nostra facta est remotissimas quasque regiones adeundi in omnes fere orbis partes homines divagentur, eiusmodi casuum multitudo adeo succrevit, ut frequentissimi hac de re ad Supremam hanc Congregationem habeantur recursus, non sine parvo partium incommodo, quibus inter informationes, atque instructiones, quas pro re nata, ut aiunt, peti, mittique necesse est, plurimum defluit temporis, quin possint ad optata vota convolare.

Quapropter Sacra eadem Congregatio huiusmodi necessitatibus occurrere percupiens, simulque perpendens in dissitis praesertim missionum locis, Ecclesiasticos praesides opportunis destitui subsidiis, quibus ex gravibus difficultatibus extricare se valeant, e re esse censuit uberiorem edere Instructionem, in qua, iis, quae iam tradita sunt, nullo pacto abrogatis regulae indigitentur, quas in eiusmodi casibus haec ipsa S. Congregatio sequi solet, ut illarum ope, vel absque necessitate recursus ad Sanctam Sedem, possint iudicia ferri, vel certe, si recurrendum sit, status quaestionis ita dilucide exponatur, ut impediri longiori mora sententia non debeat. Itaque:

1.—Cum de coniugis morte quaestio instituitur, notandum primo loco, quod argumentum a sola ipsius absentia quantacumque (licet a legibus civilibus fere ubique admittatur) a sacris Canonibus mineme sufficiens ad iustam probationem habetur.

Unde sa. me. Pius VI ad Archiepiscopum Pragensem die 11 Iulii 1789 rescripsit, solam coniugis absentiam, atque omnimodum eiusdem silentium *satis argumentum non esse ad mortem comprobandam*, ne tum quidem cum edicto regio coniux absens evocatus (idemque porro dicendum est, si per publicas ephemerides id factum sit) nullum suimet indicium dederit. *Quod enim non comparuerit*, idem ait Pontifex, *non magis mors in causa esse potuit, quam eius contumacia.*

2.—Hinc ad praescriptum eorumdem sacrorum Canonum, documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri omnino debet; exaratum scilicet ex regestis Paroeciae, vel Xenodochii, vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab Auctoritate ecclesiastica, a Gubernio civili loci in quo, ut supponitur, persona obierit.

3.—Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus supplendum erit. Testes vero duo saltem esse debent, iurati, fide digni, et qui de facto proprio deponant, defunctum cognoverint, ac sint inter se concordes quoad locum, et causam obitus, aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industriae, vel etiam militiae, eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.

4.—Interdum unus tantum testis examinandus reperitur, et licet ab omni iure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen ne coniux alias nuptias inire peroptans, vitam coelibem agere cogatur, etiam unius testimonium absolute non respuit Suprema Congregatio in dirimendis huiusmodi casibus dummodo ille testis recensitis conditionibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac praeterea eius depositio aliis gravibusque adminiculis fulciatur; sique alia extrinseca adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit, nihil in eius testimonio reperiri, quod non sit congruum, atque omnino verisimile.

5.—Contingit etiam ut Testes omnimoda fide digni testificentur se tempore non suspecto mortem coniugis ex aliorum attestatione audivisse, isti autem vel quia absentes, vel quia obierint, vel aliam ob quamcumque rationabilem causam examinari nequeunt; tunc dicta ex alieno ore, quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentioribus respondeat, satis esse censentur pro sequutae mortis prudenti iudicio.

6.—Verum, haud semel experientia compertum habetur, quod nec unus quidem reperiatur testis qualis supra adstruitur. Hoc in casu probatio obitus ex coniecturis, praesumtibus indiciis, et adiunctis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit, ita nimirum; ut pluribus hinc inde collectis eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora, vel leviora sunt, seu propriore vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri iudicium ad eamdem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu morali certitudine permoveri possit. Quapropter quandonam in singulis casibus habeatur ex huiusmodi coniecturis simul coniunctis iusta probatio, id prudenti relinquendum est iudicis arbitrio; heic tamen non abs re erit plures indicare fontes ex quibus illae sive urgentiores, sive etiam leviores colligi, et haberi possint.

7.—Itaque in primis illae praesumptiones investigandae erunt quae personam ipsius asserti defuncti respiciunt, quaeque profecto facile haberi poterunt a coniunctis, amicis, vicinis, et quoquo modo notis utriusque coniugis. In quorum examine requiratur *ex. gr.*

An ille, de cuius obitu est sermo, bonis moribus imbutus esset; pie, religioseque viveret, uxoremque diligeret; nullam sese occultandi causam haberet; utrum bona stabilia possideret; vel alia a suis propinquis, aut aliunde sperare posset.

An discesserit annuentibus uxore, et coniunctis; quae tunc eius aetas, et valetudo esset.

An aliquando, et quo loco scripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit, aliaque huius generis indicia colligantur.

Alia ex rerum adiunctis pro varia absentiae causa colligi indicia sic poterunt.

Si ob militiam abierit, a duce militum requiratur quid de eo sciat; utrum alicui pugnae interfuerit; utrum ab hostibus fuerit captus; num castra deseruerit, aut destinationes periculosas habuerit *etc.*

Si negotiationis causa iter susceperit inquiratur, utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda: num solus profectus fuerit, vel pluribus comitatus: utrum in regionem ad quam se contulit supervenerint seditiones, bella, fames, et pestilentiae *etc. etc.*

Si maritimum iter fuerit aggressus sedula investigatio fiat a quo portu discesserit; quinam fuerint itineris socii; quo se contulerit; quod nomen navis quam conscendit; quis eiusdem navis gubernator; an naufragium fecerit; an societas quae navis cautionem forsan dedit, pretium eius solverit; aliaeque circumstantiae, si quae sint, diligenter perpendantur.

8.—Fama quoque aliis adiuta adminiculis argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum; quod a duobus saltem testibus fide dignis, et iuratis comprobetur; qui de-

ponant de rationabili causa ipsius famae; an eam acceperint a maiori, et saniori parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9.—Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis Directori omnibus necessariis personae indiciis, nisi ob speciales circumstantias saniori, ac prudentiori consilio aliter censeatur.

10.—Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance libratis, atque insuper auditis plurium theologorum, et iuris prudentum suffragiis, denique suum iudicium pronunciat, an de tali obitu satis constet, et nihil obstet quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.

11.—Ex his omnibus ecclesiàstici Praesides certam desumere possunt normam quam in huiusmodi iudiciis sequantur. Quod si non obstantibus regulis hucusque notatis res adhuc incerta, et implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis.

——

14.
DECRETUM

Emanatum in Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita feria V, die 21 Augusti 1670 in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino nostro Clemente Divina Providentia Papa X ac Eminentissimis et Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Cum alias per Sacram Congregationem S. Officii, iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1658, et 1665, locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut praescriptis interrogatorii faciendis testibus, qui ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero coniuge, aut alias impediti ad secunda illicita vota transire satagebant: videns nihilominus Sanctissimus D. N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, et Deputatos ad excipiendas testium depositiones, nec non Parochos, et notarios in casibus expressis aut omittere, aut non observare earumdem instructionum tenorem; et licet aliquando

plene observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus:

Ideo volens Sanctitas Sua praedictis malis occurrere, re matura considerata cum Eminentissimis et Reverendissimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, praesenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum iniungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis testibus ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium, nec non Parochis, notariis, et quibuscumque aliis respective, sub poenis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sac. Congreg. ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem praesens Decretum, et Instructio ad omnium notitiam facilius deveniant, decrevit, illa ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe, ac Palatio S. Officii eiusdem Urbis per aliquem ex cursoribus Sanctitatis Suae publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, et singulos, quos concernunt, post duos menses a die publicationis in Urbe faciendae numerandos, perinde afficere, ac arctare ac si illorum unicuique personaliter notificata, et intimata fuissent.

——

INSTRUCTIO

Pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in Curia Eminentissimi et Reverendissimi D. Cardinalis Urbis Vicarii, quam in aliis Curiis caeterorum Ordinariorum.

Im primis *testis moneatur de gravitate iuramenti in hoc praesertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, et Humana Maiestas laeditur ob rei, de qua tractatur, importantiam, et gravitatem; et quod imminet poena triremium, et fustigationis deponenti falsum.*

Secundo, *interrogetur de nomine, cognomine, patria, aetate, exercitio, et habitatione.*

Tertio, *an sit civis, vel exterus, a quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit.*

Quarto, *an ad examen accesserit sponte, vel requisitus:* Si dixerit accessisse sponte a nemine requisitum, dimittatur, quia praesumitur mendax. Si vero dixerit accessisse requisitum, *interrogetur a quo, vel a quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, et quoties fuerit requisitus, et an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.*

Quinto, *interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum,*

ponant de rationabili causa ipsius famae; an eam acceperint a maiori, et saniori parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9.—Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis Directori omnibus necessariis personae indiciis, nisi ob speciales circumstantias saniori, ac prudentiori consilio aliter censeatur.

10.—Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance libratis, atque insuper auditis plurium theologorum, et iuris prudentum suffragiis, denique suum iudicium pronunciat, an de tali obitu satis constet, et nihil obstet quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.

11.—Ex his omnibus ecclesiàstici Praesides certam desumere possunt normam quam in huiusmodi iudiciis sequantur. Quod si non obstantibus regulis hucusque notatis res adhuc incerta, et implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis.

——

14.
DECRETUM

Emanatum in Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita feria V, die 21 Augusti 1670 in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino nostro Clemente Divina Providentia Papa X ac Eminentissimis et Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Cum alias per Sacram Congregationem S. Officii, iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1658, et 1665, locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut praescriptis interrogatorii faciendis testibus, qui ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero coniuge, aut alias impediti ad secunda illicita vota transire satagebant: videns nihilominus Sanctissimus D. N. quamplures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, et Deputatos ad excipiendas testium depositiones, nec non Parochos, et notarios in casibus expressis aut omittere, aut non observare earumdem instructionum tenorem; et licet aliquando

plene observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus:

Ideo volens Sanctitas Sua praedictis malis occurrere, re matura considerata cum Eminentissimis et Reverendissimis Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, praesenti Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterum iniungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis testibus ad probandum statum liberum contrahentium matrimonium, nec non Parochis, notariis, et quibuscumque aliis respective, sub poenis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sac. Congreg. ut instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Ut autem praesens Decretum, et Instructio ad omnium notitiam facilius deveniant, decrevit, illa ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe, ac Palatio S. Officii eiusdem Urbis per aliquem ex cursoribus Sanctitatis Suae publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, et singulos, quos concernunt, post duos menses a die publicationis in Urbe faciendae numerandos, perinde afficere, ac arctare ac si illorum unicuique personaliter notificata, et intimata fuissent.

——

INSTRUCTIO

Pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in Curia Eminentissimi et Reverendissimi D. Cardinalis Urbis Vicarii, quam in aliis Curiis caeterorum Ordinariorum.

Im primis *testis moneatur de gravitate iuramenti in hoc praesertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul, et Humana Maiestas laeditur ob rei, de qua tractatur, importantiam, et gravitatem; et quod imminet poena triremium, et fustigationis deponenti falsum.*

Secundo, *interrogetur de nomine, cognomine, patria, aetate, exercitio, et habitatione.*

Tertio, *an sit civis, vel exterus, a quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit.*

Quarto, *an ad examen accesserit sponte, vel requisitus:* Si dixerit accessisse sponte a nemine requisitum, dimittatur, quia praesumitur mendax. Si vero dixerit accessisse requisitum, *interrogetur a quo, vel a quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, et quoties fuerit requisitus, et an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.*

Quinto, *interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum,*

remissum, vel oblatum a contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

Sexto, *interrogetur, an cognoscat ipse contrahere volentes, et a quanto tempore, in quo loco, qua occasione, et cuius qualitatis, vel conditionis existant.*

Septimo *interrogetur, an contrahere volentes sint cives vel exteri:* Si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per litteras Ordinarii ipsorum contrahere volentium doceatur de eorum libero statu de eo tempore, quo permanserunt in sua civitate, vel Dioecesi.

Ad probandum vero eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur testes idonei, qui legitime, et concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, et reddant sufficientem rationem causae eorum scientiae, absque eo, quod teneantur deferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si vero responderit, contrahere volentes esse cives:

Octavo, *interrogetur, sub qua parochia hactenus contrahere volentes habitaverint, vel habitent de praesenti.*

Item, an ipse testis sciat aliquem ex praedictis contrahere volentibus quandoque habuisse uxorem, vel maritum, aut professum fuisse in aliqua religione approbata, vel suscepisse aliquem ex ordinibus sacris, subdiaconatum scilicet, diaconatum, vel presbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi matrimonium.

Si vero testis responderit, non habuisse uxorem, vel maritum, neque aliud impedimentum, ut supra:

Nono, *interrogetur de causa scientiae, et an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum, et quod ipse testis nesciat.*

Si responderit affirmative, supersedeatur, nisi ex aliis testibus probetur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum etc.

Decimo, *interrogetur de causa scientiae,* ex qua deinde iudex colligere poterit, an testi sit danda fides.

Si responderit, contrahere volentes habuisse uxorem, vel maritum, sed esse mortuos:

Undecimo, *interrogetur de loco, et tempore, quo sunt mortui, et quomodo ipse testis sciat fuisse coniuges, et nunc esse mortuos.* Et si respondeat, mortuos fuisse in aliquo hospitali, vel vidisse sepeliri in certa ecclesia, vel occasione militiae sepultos fuisse a militibus, non det luricentia contrahendi, nisi

prius recepto testimonio authentico, a rectore hospitalis, in quo praedicti decesserunt, vel a rectore ecclesiae in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel si fieri potest a duce illius cohortis, in qua descriptus erat miles.

Si tam huiusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quae de iure communi possunt admitti, dummodo sint legitimae, et sufficientes.

Duodecimo, *interrogetur, an post mortem dicti coniugis defuncti ex praedictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.*

Si responderit negative,

Decimotertio, *interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo, quod ipse testis sciat.*

Si responderit affirmative, supersedeatur in licentia, donec producantur testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si vero negative,

Decimoquarto, *iuterrogetur de causa scientiae,* qua perpensa iudex poterit iudicare an sit concedenda licentia, vel non.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, et in aliis servata forma Concilii Tridentini *in cap. Multi, Sess. 24.*

Fides, aliaque documenta, quae producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, et legalitate Episcopi Ordinarii, et recognita saltem per testes, qui habeant notam manum, et sigillum, et attente consideretur, quod fides, seu testimonia bene, et concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quam extranei, quia praesumuntur melius informati, et cives magis, quam exteri; nec admittantur homines vagi, et milites, nisi data causa, et maturo consilio; et notarius exacte describat personam testis, quem si cognoscit, utatur clausula: *Mihi bene cognitus.* Sin minus examen non recipiat, nisi una cum persona testis aliqua alia compareat cognita notario, et quae attestetur de nomine, et cognomine ipsius testis, nec non de idoneitate eiusdem ad testimonium ferendum.

Et huiusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultra notarium officialis specialiter deputandus ab Eminentissimo Vicario, et extra Urbem vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, et idonea ab Episcopo spcialiter deputanda; alias puniatur notarius arbitrio Sacrae Congregationis, et Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarii praecipiant omnibus, et singulis Parochis in eorum Dioecesibus existentibus, ut pro

matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, a quo, vel eius Generali Vicario, prius teneantur authenticam reportare, quod pro tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium etc.

Contravenientes autem severe punientur.

15.

CONSTITUTIO BENEDICTI XIV SUPER CAUSIS NULLITATIS MATRIMONII.

—

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Dei miseratione, cuius iudicia incomprehensibilia sunt et viae investigabiles, in supremae Ecclesiae specula immerentes constituti, ut super universum Dominicum gregem excubias sedulo agamus, ad commissum pastoralis officii munus pertinere dignoscimus subnascentes ex infernalis hostis astutia et hominum malitia abusus, quibus et animarum saluti pernicies, et Sacramentis Ecclesiae iniuria infertur, radicitus evellere, et potestatis Nobis desuper traditae operam interponere, ut et humana cohibeatur temeritas, et veneranda Divinae Legis servetur auctoritas.

§ I. Siquidem matrimonii foedus a Deo institutum, quod et quatenus naturae officium est, pro educandae prolis studio, aliisque matrimonii bonis servandis, perpetuum, et indissolubile esse convenit; et quatenus est Catholicae Ecclesiae Sacramentum, humana praesumptione dissolvi non posse, Salvator ipse ore suo pronunciavit dicens: *Quod Deus coniunxit, homo non separet;* ad aures Apostalatus Nostri pervenit, in quibusdam Ecclesiasticis Curiis inconsulta nimis Iudicum facilitate infringi, et temere atque inconsiderate de eorumdem matrimoniorum nullitate latis sententiis, potestatem coniugibus fieri transeundi ad alia vota. Quos sane improvidos Iudices humanae naturae conditione, et voce ipsa quodammodo admoneri oportebat, ne tam praecipiti audacia sanctum matrimonii nexum frangerent, quem perpetuum atque indissolubilem primus humani generis parens praemonuit inquiens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea,* et illud additum est: *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.*

§ II. Huiusmodi autem abolendae pravitatis notitia diversis ex partibus nobis delata est, atque etiam indicata sunt exempla nonnullorum virorum, qui post primam, et secundam, ac

tertiam, quam duxerant uxorem, ob nimiam Iudicum praecipitantiam in nullitate matrimoniorum declaranda, adhuc illis primis uxoribus superstitibus, ad quartas contrahendas nuptias devenerant; et similiter foeminarum, quae post primum, secundum, et tertium maritum, quarto etiam, illis quoque viventibus, se iunxerant, non sine pusillorum scandalo, et bonorum omnium detestatione, qui sacra matrimonii vincula ita contemni, et temere perfringi dolebant. Nos autem, his intellectis, gravi affecti dolore intimo animo ingemuimus, et non praetermisimus Apostolicae Nostrae sollicitudinis partes in Domino adimplere. Siquidem primo Pontificatus Nostri anno ad Episcopos illarum Partium, in quibus praedicta acciderant, plenissimis datis litteris, graviter conquesti sumus de huiusmodi pravitate, quae in Ecclesia Dei tolerabatur, et ad eam abolendam eorum animos erigere, et pastoralem zelum accendere curavimus: quod etiam egimus cum aliis aliarum regionum Episcopis, ubi huiusmodi pravum dirimendorum matrimoniorum usum irrepsisse cognovimus.

§ III. Verum Nobis responsum est, id saepe contingere partim ex culpa illorum Iudicum, quibus vel in prima instantia, cum causa coram Iudice ordinario ex aliqua legitima causa cognosci nequit, vel in secunda, cum in partibus nullus adest Iudex, ad cuius tribunal causa in gradu appellationis devolvatur, vel si adest, iusta de causa coram eo disceptari nequit, causae matrimoniales huiusmodi a Sede Apostolica committuntur, qui vel ob inscitiam, vel ob malam voluntatem proclives sunt ad matrimonia dissolvenda, atque eadem matrimonia, levi vel etiam nullo habito examine, irrita, ac invalida declarant; partim etiam ex facto coniugum super nullitate suorum matrimoniorum litigantium, cum frequenter unus tantum eorum, qui dissolutionem matrimonii postulat, in iudicio compareat, et sententia, nullo contradicente, secundum sua vota obtenta, ad alias nuptias convolat; vel ambobus coniugibus in iudicium venientibus, alter, qui pro matrimonio, alter vero, qui contra agit, sententia de nullitate matrimonii prolata, nullus est, qui ad superiorem Iudicem appellationem interponat, vel quia litigantes in specie quidem discordes, re vera inter se concordes sunt, et invicem colludentes contractum matrimonium dissolvi cupiunt; vel quia pars, quae pro validitate matrimonii stabat, eiusque nullitatem acriter contra adversarium impugnabat, lata a Iudice sententia contra matrimonium, mutat voluntatem, vel pecunia sibi ad sumptus litis non suppetente, vel aliis deficientibus auxiliis ad litigandum necessariis, et in-

coeptum opus, ac causam post primam sententiam deserit. Quo fit, ut deinde ambo coniuges, vel unus eorum ad aliud contrahendum matrimonium se conferat.

§ IV. Quod autem ad Iudices pertinet, quibus extra Romanam Curiam pro litigantium commodo causae matrimoniales committuntur, paterna illa vigilantia, qua de iustitia unicuique integre sapienterque administranda solliciti esse debemus, Encyclicis Litteris ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos scriptis vicesima sexta Augusti anno secundo Pontificatus Nostri providere curavimus, in quibus ea praescripsimus, quae Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis consona, si diligenter, ut speramus, serventur, in posterum causae non nisi personis congrua Iuris peritia, et necessario probitatis, spectataeque fidei munitis praesidio committentur. Insuper ad ea, quae in iisdem Encyclicis Litteris constituta sunt, id etiam in praesenti adiungimus; quod, quamvis Concilii Tridentini decretum, quo causae matrimoniales subtractae fuerunt Decani, Archidiaconi, et aliorum inferiorum Iudicio, et Episcoporum tantum examini, et iurisdictioni reservatae, dumtaxat procedat de Archidiaconis, Decanis aliisque inferioribus, qui in eadem Dioecesi constituti, vel privilegio aliquo vel praescriptione, saltem in visitatione, causarum matrimonialium cognitionem sibi adrogabant; idcirco minime obstet commissionibus, quae pro iisdem causis matrimonialibus definiendis a Sede Apostolica alicui eorum in secunda instantia fierent; nihilominus praecipimus, ac mandamus iis, ad quos huiusmodi commissionum, seu delegationum expediendarum cura pertinet, ut in futurum causarum matrimonialium cognitionem non committant nisi Episcopis praesertim vicinioribus, vel si nullus sit Episcopus, cui ex legitima causa commode committi possit, tum commissio, et delegatio dirigatur uni ex iis, qui secundum ordinem, et modum a Nobis in praefatis Encyclicis Litteris praescriptum pro Iudice idoneo ab Episcopo cum consilio sui Capituli nominatus fuerit.

§ V. Quod vero ad ordinem, et seriem iudiciorum in causis matrimonialibus pro debita, et congrua earum terminatione servandum spectat, motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine hac Nostra in perpetuum valitura sanctione constituimus, decernimus, ac iubemus, ut ab omnibus, et singulis Locorum Ordinariis in suis respective Dioecesibus persona aliqua idonea eligatur, et si fieri potest,

ex ecclesiastico coetu, iuris scientia, pariter et vitae probitate praedita, quae matrimoniorum Defensor nominabitur, cum facultate tamen eam suspendendi, vel removendi, si iusta causa adfuerit, et substituendi aliam aeque idoneam, et iisdem qualitatibus ornatam, quod etiam fieri poterit, quotiescumque persona ad matrimoniorum defensionem destinata, cum se occasio agendi obtulerit, erit legitime impedita.

§ VI. Ad officium autem Defensoris matrimoniorum huiusmodi, ut supra electi, spectabit, in iudicium venire, quotiescumque contigerit, matrimoniales causas super validitate, vel nullitate coram legitimo Iudice disceptari, eumque oportebit in quolibet actu iudiciali citari, adesse examini testium, voce et scriptis matrimonii validitatem tueri, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium sustinendum necessaria censebit.

§ VII. Et demum Defensoris huiusmodi persona, tanquam pars necessaria ad iudicii validitatem, et integritatem censeatur, semperque adsit in iudicio sive unus ex coniugibus qui pro nullitate matrimonii agit, sive ambo, quorum alter pro nullitate, alter vero pro validitate in iudicium veniant. Defensor autem, cum ei munus huiusmodi comittetur, iuramentum praestabit fideliter officium suum obeundi, et quotiescumque contigerit, ut in iudicio adesse debeat pro alicuius matrimonii validitate tuenda, rursum idem iuramentum praebebit: quaecumque vero, eo non legitime citato aut intimato, in iudicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus, ac pro nullis, cassis, ac irritis haberi volumus, perinde ac si citata, et intimata non esset ea pars, cuius citari intererat, et quam iuxta legum et canonum praescripta ad legitimam iudicii validitatem citari aut intimari omnino necessarium erat.

§ VIII. Cum igitur coram Ordinario, ad quem causas huiusmodi cognoscere pertinet, controversia aliqua proponetur, in qua de matrimonii validitate dubitabitur, et existentibus in iudicio vel uno ex coniugibus, qui pro nullitate matrimonii vel ambobus, quorum alter pro validitate, alter vero pro nullitate actionem intendat, Defensor matrimoni partes omnes officii sui diligenter adimpleat. Itaque si a Iudice pro matrimonii validitate iudicabitur, et nullus sit, qui appellet, ipse etiam ab appellatione se abstineat: idque etiam servetur, si a Iudice secundae instantiae pro validitate matrimonii fuerit iudicatum, postquam Iudex primae instantiae de illius nullitate sententiam pronunciaverat; sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, Defensor inter legitima tempora appellabit adhaerens parti, quae pro validitate agebat; cum autem

in iudicio nemo unus sit qui pro matrimonii validitate negotium insistat, vel si adsit, lata contra eum sententia, iudicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem Iudicem provocabit.

§ IX. Appellatione a prima sententia pendente, vel etiam nulla ob malitiam, vel oscitantiam, vel collusionem Defensoris, et partium interposita, si ambo, vel unus ex coniugibus novas nuptias celebrare ausus fuérit volumus ac decernimus, ut non solum serventur, quae adversus eos, qui matrimonium contra interdictum Ecclesiae contrahunt, statuta sunt, praesertim ut invicem a cohabitatione separentur, quoadusque altera sententia super nullitate emanaverit, a qua intra decem dies non sit appellatum, vel appellatio interposita deserta deinde fuerit; sed ulterius ut contrahens vel contrahentes, matrimonium huiusmodi poenis contra poligamos a Sacris Canonibus, et a Constitutionibus Apostolicis constitutis omnino subiaceant, quas in eos, quatenus opus sit, motu, scientia, ac potestate simili rursus statuimus, decernimus, ac renovamus.

§ X. Posteaquam vero appellationis beneficio ad alterum Iudicem causa in secunda instantia delata fuerit, omnia, et singula quaecumque coram Iudice in prima instantia servanda praefinita fuerunt, etiam coram altero in secunda exacte ac diligenter custodientur, citato in quolibet Iudicii actu Defensore matrimonii, qui voce et scripto matrimonii validitatem strenue ac pro viribus tuebitur, et si Iudex in secunda instantia fuerit Metropolitanus, aut Sedis Apostolicae Nuncius, aut Episcopus vicinior, matrimonii Defensor sit, qui ab ipsis fuerit deputatus, quemadmodum ipsis deputare mandamus, ut quae a Nobis superius constituta sunt, peragere possit; si autem Iudex in secunda instantia erit Iudex Commissarius, cui a Sede Apostolica causae cognitio demandata sit, et qui tribunal, et iurisdictionem ordinariam non habeat, et propterea careat Defensore matrimonii volumus, ut illo Defensore matrimonii utatur, qui constitutus fuerit ab Ordinario, in cuius Dioecesi causam cognoscet, etiam si idem Ordinarius sit, qui primam sententiam in eadem causa pronunciaverit.

§ XI. Instructo autem in hunc modum iudicio, si secunda sententia alteri conformis fuerit, hoc est, si in secunda aeque ac in prima nullum ac irritum matrimonium iudicatum fuerit, et ab ea pars, vel Defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, vel appellationem interpositam prosequendam minime censuerint, in potestate et arbitrio coniugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum, vel legitimam causam

id vetitum non sit. Potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra, coniugibus facta intelligatur, et locum habeat, salvo semper, et firmo remanente iure, seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cuiuscumque temporis lapsum nunquam transeunt in rem iudicatam; sed si nova res, quae non deducta, vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt, et rursus in iudicialem controversiam revocari. Quod si a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel huiusmodi sit, ut ei salva conscientia, Defensor matrimonii acquiescendum non putet, vel quia sibi videtur manifeste iniusta vel invalida, vel quia fuerit lata in tertia instantia, et sit revocatoria alterius praecedentis super validitate in secunda instantia emanatae, volumus, ut firma remanente utrique coniugi prohibitione ad alias transeundi nuptias, quas si contrahere ausi fuerint, poenis, ut praefertur, a Nobis constitutis subesse decernimus, causa in tertia vel quarta instantia cognoscatur, servatis diligenter omnibus, quae a nobis in prima, et secunda instantia demandata fuerunt, nempe in quolibet iudiciali actu citato, et audito Defensore matrimonii, qui a Iudice tertiae instantiae deputatus fuerit.

§ XII. Defensor autem matrimonii; quem ad munus suum gratis obeundum pro amore Dei, et proximi utilitate, et Ecclesiae reverentia in Domino exhortamur, si operam suam sine mercede aut salario aliqua ex causa exhibere recusaverit, ab ipsius causae Iudice ei constituatur, et ab ea parte, quae pro validitate matrimonii agit, si ipsi facultas sit, solvatur, sin minus a Iudice primae, vel secundae, vel tertiae instantiae respective subministrabitur, qui pecuniam ex mulctis suorum tribunalium redactas, vel redigendas, et in opera pia erogandas in huiusmodi sumptus insumere poterunt. Cum vero Iudices causae erunt Iudices Commissarii, qui neque forum habent, et consequenter neque pecuniam ex mulctis collectam, volumus ac mandamus, ut Defensori matrimonii satisfiat ex pecunia mulctarum illius Episcopi, in cuius Dioecesi Iudex Commissarius iuxta Sedis Apostolicae mandatum iudicium exercebit.

§ XIII. Hactenus quidem quoad causas matrimoniales, quae extra Romanam Curiam pertractantur. Quoad causas vero, quae Romae disceptandae sunt, cum earum cognitio in prima instantia ad S. R. E. Cardinalem in praefata Urbe, eiusque Suburbiis, et districtu Vicarium Nostrum in spiritualibus pro tempore spectet, mandamus ac iubemus, ut omnia et singula, quae in aliis causis extra Romanam Curiam pertractandis praescripta fuerunt, nempe ut iudicium

peragatur, citato et audito Defensore matrimonii ab eodem Cardinali Vicario deputato, aliaque, ut supra omnino serventur, tum etiam in aliis causis, quae in prima instantantia ex consensu partium, vel in secunda per appellationem ad Sedem Apostolicam, omisso medio, interpositam, vel in tertia Romam deferuntur, quas omnes iudicari volumus vel in Congregatione S. R. E. Cardinalium super interpretatione et executione Concilii Tridentini, vel in causarum Palatii nostri Auditorio, dummodo Nobis, et Romano Pontifici pro tempore iustis ex causis non videatur particularis Congregatio S. R. E. Cardinalium, vel Romanae Curiae Praelatorum deputanda. Cum autem causa super matrimonii nullitate agitabitur in dicta Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Defensor matrimonii a Cardinali Praefecto eiusdem Congregationis, si vero in Palatii nostri Auditorio, ab Auditore Decano praefati Tribunalis, si demum in Congregatione particulari, a Persona eiusdem Congregationis digniore deputetur.

§ XIV. Unica quidem resolutio pro nullitate matrimonii emanata, si causa in Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, vel in Congregatione particulari deputata cognoscatur, et similiter in Palat inostrii Auditorio unica sententia super eadem nullitate pronunciata minime sufficiat ad tribuendam liberam coniugibus facultatem novas nuptias contrahendi, sed si causa in praefata Congregatione Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum introducta fuerit, rursus in eadem ad Defensoris matrimonii instantiam reproponatur; si vero Congregationi particulari commissa fuerit, ad petitionem eiusdem Defensoris altera etiam particularis Congregatio deputabitur; si vero in Palatii nostri Auditorio iudicata sit, a praefato Defensore appellatione interposita, ab aliis Auditoribus iuxta ordinem in gyrum seu turnum definiatur; si autem causa universo Tribunali commissa fuerit, ab omnibus Auditoribus rursus examinabitur, nolentes omnino, ut nullo in casu matrimonii vinculum dissolutum censeatur, nisi duo iudicata vel resolutiones aut sententias penitus similes, et conformes, a quibus neque pars, neque Defensor matrimonii crediderit appellandum, emanaverit; quod si secus factum fuerit, et novum initum matrimonium, Nostrae voluntatis huiusmodi transgressores poenis a Nobis ut supra statutis submittantur.

§ XV. Et quoniam saepe apud Sedem Apostolicam preces porrigi solent pro dispensatione matrimonii rati, et non consummati, quae ut plurimum pro voto consultivo ad Congregationem

S. R. E. Cardinalium Concilii Interpretum vel nonnunquam ad aliquam Congregationem particularem deputatam a Romanis Pontificibus pro tempore remitti solent, ut huiusmodi instantiae ordine ac rite procedant, volumus ac mandamus, ut supplex libellus Nobis, vel Romano Pontifici pro tempore exhibeatur, in quo plena, et accurata totius facti species contineatur, causaeque omnes in eo exprimantur, quae ad obtinendam petitam dispensationem conducere posse a supplicante censentur, ut Romanus Pontifiex, eo lecto, et mature considerato, secum deliberare possit, an petitionem reiiciat, vel eius examen alicui ex dictis Congregationibus committat, a qua posteaquam suum votum consultivum editum fuerit, a Secretario eiusdem Congregationis totius negotii series exacte Romano Pontifici pro tempore referatur, qui pro sua prudentia iudicabit, an Congregationis resolutio sit approbanda, vel potius totius causae examen alteri Congregationi, vel Tribunali, prout eidem Pontifici videbitur, rursus committendum.

§ XVI Demum volumus ac decernimus, easdem praesentes Litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime, et inviolabiliter observari. Sicque, et non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eosdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, et S. Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, ubique iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus verborum, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad ver-

bum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma in illis tradita observata eisdem praesentibus pro expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentes Litterae in valvis Ecclesiae Lateranensis, et Principis Apostolorum, nec non Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe, ut moris est, publicentur et affigantur sicque publicatae, et affixae omnes, et singulos, quos illae concernunt, perinde arctent, et afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, et personaliter intimitae fuissent; quodque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

§ XVII. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri decreti, statuti, constitutionis, prohibitionis, revocationis, annullationis, declarationis, mandati, ac voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Mariam Maiorem tertio nonas Novembris anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri anno secundo.

D. CARD. PASSIONEUS.

Visa de Curia
N. ANTONELLUS.

X. Sub-Datarius.
Loco ✠ Plumbi. I. B. Eugenius.

16.

INSTRUCTIO S. C. C. PRO CONFECTIONE PROCESSUS IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS.

Cum moneat Glossa *(in cap. fin. de frig. et malef.)* in causis matrimonialibus omnem cautelam esse adhibendam propter periculum animarum, quod et docuit Sanchez *(De matrim. lib. 7, disp. 107)* et Card. Argenvilliers *(in dissert. matrimonii relat. inter vota Constantini P. 5, vol. ult. n. 16)* plura hinc a Sacris Canonibus sancita sunt, ut tutum ac rectum iudicium efformari queat. Ad removendas vero fraudes, quae coniugum malitia vel collusione saepe oriebantur, S. M. Benedictus XIV *(in Const. Dei Miseratione)* processum conficiendum esse praecepit sub poena nullitatis omnium actorum, ut probationibus undequaque accuratissime cumulatis in causis huiusmodi omnium gravissimis, in quibus agitur de Sacramenti validitate vel nullitate, ac de dissolvendo vinculo matrimoniali, Iudices in proferendo iudicio tuti conquiescere possent. At quia saepe in hoc difficillimo processu acta minus recte, et apte ad veritatem eruendam conficiebantur, S. Congregatio saepius instructiones edidit, ac normam praescripsit quam Episcopi sequerentur.

Cum itaque in huiusmodi causis non de iure alterutrius partis tantum, sed praecipue de Sacramentali vinculo dissolvendo agatur, processus acta non ad instar aliorum iudiciorum, praesertim civilium, sed iuxta SS Canones, citatam S. M. Bened. XIV Constitutionem, et praesentem instructionem erunt efformanda. Ea itaque non vernaculo sed latino sermone erunt conscribenda, exceptis tamen excipiendis, nimirum articulis, interrogatoriis, responsionibus ad ea, et peritorum relationibus; praesertim vero decreta, et sententia, quae iuxta priscos mores erit conficienda, latina lingua exarabuntur. Praeterea cum a Sacro Con. Trid. *(sess. 24, cap. 20 de ref. § ad haec)*, ac etiam a S. M. Bened. XIV *(in cit. Constitutione Dei Miseratione § 4)* causarum matrimonialium cognitio quibusvis iudicibus inferioribus, non obstante quovis privilegio ac praescriptione, fuerit sublata, ac Episcoporum tantum examini et iurisdictioni reservata etiam prae Abbatibus vere Nullius, licet Cardinalitia dignitate fulgentibus iuxta S. Congregationis resolutiones, hinc tutius erit, ut nedum sententia proferatur, sed etiam acta processus per Episcopum, vel per ecclesiasticam personam specialiter ab eo delegandam conficiuntur.

Hisce praemissis, quoties aliquis ex coniugibus instantiam in scriptis porriget super nullitate matrimonii, Episcopus Iudicem, si velit, delegabit, deinde ipse, vel Iudex delagatus citari mandabit Defensorem matrimonii, quatenus in Curia Episcopali iam deputatus existat, sin minus, idoneum virum deputabit iis qualitatibus praestantem, quas superius memorata Constitut. S. M. Benedicti XIV requirit, eumque citari mandabit. Defensoris matrimonii erit praefixa die accedere ad praestandum iuramentum, se munus suum diligenter et incorrupte expleturum, et omnia voce ac scriptis deducturum, quae ad validitatem matrimonii sustinendam conferre poterunt. Praeterea hic Defensor matrimonii citandus erit ad quaelibet acta, ne vitio nullitatis ipsa tabescant. Ipsi, qui pro Sacramenti validitate stat, sem-

per et quandocumque acta processus, etsi nondum publicati, erunt communicanda, semper et quandocumque eius scripta erunt recipienda, ac novi termini eo flagitante erunt prorogandi, ut ea perficiat et exhibeat.

Praefinita die in citatione comparebit instans pro nullitate, et tunc Defensor matrimonii tradet interrogatoria clausa, et obsignata Cancellario seu Notario, aperienda illo postulante ex Iudicis decreto in actu examinis, super quibus interrogandus erit coniux instans pro nullitate. Iis ea addet etiam in actu examinis ex officio Iudex, quae ex responsionibus magis apta conspiciet ad veritatem eruendam sive in declarationem responsionum datarum, sive super novis circumstantiis resultantibus, quod erit intelligendum etiam de aliis interrogatoriis, super quibus ceteri omnes de re instructi erunt examinandi.

Cum itaque advenerit statuta dies, pars nullitatem matrimonii allegans comparebit, ut supra dictum, coram Iudice, adstante Defensore matrimonii et Cancellario. Iudex deferet parti examinandae iuramentum de veritate dicenda, et deinde reserabit interrogatoria exhibita, ut supra dictum est, a Defensore matrimonii, eaque singulatim proponet, audiet responsiones, easque dictabit Cancellario.

Interim dum pars erit examinanda ipse Cancellarius exscribet in processu primam interrogationem, et deinceps singulas ex ordine, post quas scribet responsiones a Iudice dictandas. Si quod interrogatorium, ut superius monitum est, addatur ex officio a Iudice vel a Defensore matrimonii, Cancellarius interrumpet ordinem progressivum, et adnotavit *interrogata ex officio;* et scripta interrogatione et responsione, reassumet ordinem progressivum interrogationum exhibitarum a Defensore matrimonii.

Si examen una sessione absolvi non poterit, Iudex illud suspendet, ac destinavit etiam diem et horam pro reassumptione et prosecutione iisdem modo ac forma facienda, ut supra dictum est. Absoluto examine Cancellarius leget clara, et intelligibili voce responsiones datas, facta examinato facultate variandi, et declarandi datas responsiones, prout ei libuerit. Tandem Iudex deferat iuramentum eidem coniugi, se vera dixisse, atque nunquam ante publicationem processus se evulgaturum sive interrogationes propositas, sive responsiones datas. Deinde ipse subscribet, et si fuerit illitteratus per signum Cru†cis; dein Iudex et Defensor validitatis matrimonii apponet suam subscriptionem, et Cancellarius de actu rogabit.

Poterit pars examini subiecta vel illico post examen vel etiam

deinceps antequam publicetur processus, si velit, articulos proponere, super quibus etiam, citato Defensore matrimonii, erit examinandus alter coniux, et quatenus etiam ad hoc articuli proponantur, erit iterum citandus coniux, qui primus fuerat interrogatus, et adstante Defensore matrimonii, super articulis ab altero propositis audietur.

Haec norma quae data fuit pro instantis examine servanda erit, congrua congruis referendo, in quovis alio examine.

Expleto examine illius coniugis qui actor fuit in promovenda nullitatis querela, sequitur examen alterius coniugis, quod erit conficiendum iisdem prorsus methodo ac lege, quae prescriptae fuerunt in praecedentibus paragraphis, ac sub iisdem interrogatoriis actori propositis, vel aliis additis, vel novis confectis prout Defensor matrimonii in Domino censuerit.

Deinde procedendum erit ad examen *septimae manus*, hoc est septem propinquorum ex utroque latere ad formam Text. *(in Cap. Litterae Vestrae: de frig. et malef.)* Ut id facilius exequi Iudex valeat, Defensor matrimonii citabit partem actricem, ut indicet septem sibi sanguine, vel affinitate coniunctos, si fieri possit, sin minus septem vicinos bonae famae. Singuli, audita prius lectura examinis, seu confessionis coniugis eos inducentis, erunt, interrogandi, utrum perspectam habeant religionem et honestatem illius coniugis, ut propterea sibi verosimile sit, ac credant eum vera dixisse. Similiter instante Defensore matrimonii citandus erit alter coniux, ut etiam ipse indicet septem propinquos vel affines, iisque deficientibus, septem vicinos bonae famae, qui ut supra dictum est deponant; seorsim erunt hi quatuordecim conflantes septimam manum examini subiiciendi designatis diebus, horis, delato prius iuramento singulis. Defensor matrimonii interrogatoria clausa exhibebit, ut superius dictum est.

Liberum erit coniugibus testes bonae famae ac de re instructos inducere, qui omnes seorsim et methodo hactenus praescripta erunt examini subiiciendi.

Si alios etiam Defensor Matrimonii ex actis iam confectis deprehendet de re instructos, hos etiam citavit, ut examini subiiciantur. Si qui forsan absentes noscantur, qui commode ad civitatem accedere nequeant etiam ob distantiae sumptus, vel ad partis instantiam, vel, ea silente, ad instantiam Defensoris matrimonii erunt ab Episcopo illius Dioecesis, in qua morantur, examinandi iuxta interrogatoria ab eodem Defensore conficienda, ac clausa et obsignata transmittenda, deputato ab eodem Episcopo altero idoneo viro, qui praestet requisitis in Bulla saepius laudata S. M. Bened. XIV prae-

scriptis, quique expleat munus Defensoris validitatis matrimonii, et examini adsit.

Omnes vero testes, congrua congruis referendo, rogandi erunt praesertim quando initum fuerit matrimonium; utrum inter coniuges mutui amoris et benevolentiae signa intercesserint: quamdiu in eadem domo, vel civitate cohabitaverint: utrum innotuerit eos consummationi operam dedisse; an inde matrimonium consummatum censeretur; de causis consummationem impeditivis; de conquestionibus, quando et cum quibus factis, et cur nolint amplius in matrimonio permanere.

Si querela super impotentia versetur, interrogandi erunt periti physici, quos coniuges consuluerunt,

Praeterea quatenus querela super nullitate ex iis sit, ut solvi possit matrimonium, si coniuges illud non consummarunt, tunc procedendum erit ad inspectionem corporis coniugum seorsim sequenti methodo perficiendam, instante praesertim Defensore matrimonii.

Iudex praefiget terminum tam utrique coniugi, quam Defensori matrimonii ad exhibendas notulas peritorum medicorum et chirurgorum confidentium, et diffidentium pro utriusque coniugis inspectione, congrua congruis referendo.

Exhibitis notulis a partibus Iudex eliget quinque peritos, tres scilicet medicos, et duos chirurgos ex his, in quibus partes consentiant, sin minus ex officio eos, qui tamen partibus non sint rationabiliter suspecti, deputabit; atque curabit, ut deputatio cadat super celebrioribus civitatis tum quoad scientiam, tum quoad religionem et honestatem, atque his peritis facultatem dabit recognoscendi corpus viri, adhibitis honestis mediis ad explorandam ipsius potentiam, nec non facultatem, quatenus non conveniant in prima inspectione, iterum accedendi. Atque in eodem decreto diem, horam et locum destinabit, in quibus periti accedent, ut inspectionem perficiant.

Designata die et hora, ad locum accedent Iudex, Defensor matrimonii, Cancellarius, ac periti. Singuli ex peritis, ac seorsim corpus viri inspicient ea qua fieri poterit decentia, et factis experimentis, quae iuxta artem, non tamen illicitis, opportuna iudicabunt, singuli scriptam emittent relationem.

In inspectione, et relatione haec praecipue investiganda, et referenda erunt.

An adsint signa physice certa impotentiae deducta ex conformatione partium, aut ex aliquo vitio quod apparere poterit. An adsint signa, quae moralem certitudinem inducant impotentiae, et quatenus existant, quae sit huius impotentiae causa, utrum sit impotentia perpetua insanabilis, ac praecedens matrimonium, an signa impotentiae sint dubia vel aequivoca.

Peracta relatione a singulis seorsim, Defensor matrimonii exhibebit interrogatoria clausa, sigillata, super quibus fieri debet examen peritorum, sibique reservabit ius addendi alia interrogatoria, ac iterum ea ad examen revocandi. Si examen singulorum peritorum eadem die perfici nequiverit, iudex aliam diem designabit, ut illud prosequatur. Uterque ex peritis tum ante examen iuramentum praestabit de veritate dicenda, tum post examen iuramento dicta confirmabit, sese propria manu subscribens, Iudex, Defensor validitati matrimonii, et Cancellarius se subscribent, qui actum rogabit.

Procedendum etiam erit ad inspectionem corporis mulieris. Iudex, ut supradictum est de peritis, tres saltem obstetrices deputabit, quae a duobus saltem peritis uno medico, et altero chirurgo, ut supra seligendis, sedulo erunt instruendae de recognoscendo visu et tactu in muliebrium inspectione. Statuta autem huius inspectionis die mulier erit traducenda ad domum honestae matronae pariter a Iudice deputandae pro infrascripta praestanda personali adsistentia, atque adstantibus semper tribus obstetricibus et matrona, immergenda erit in balneo aquae tepentis a peritis prius recognoscendo, quod sit aquae purae, quo in balneo per spatium saltem trium quadrantium horae unius permanere debebit: quo tempore transacto, adstantibus semper et praesentibus matrona, et obstetricibus, statim ne ullum spatium, aut momentum temporis mulieri detur, quo ad arctandum vas ullo medicamento, aut aliqua fraude uti queat, ad ipsius corporis inspectionem a singulis seorsim deveniendum erit, adstante semper et praesente matrona; qua in re prospiciendum etiam, ut haec recognitio fiat tempore tantum diurno et in cubiculo luminoso, ut ex inspectione huiusmodi utrum mulier virgo sit, an violata et corrupta, adhihitis artis regulis, exactius deprehendatur.

Iudex, Defensor matrimonii et Cancellarius cum peritis, ut supra ad domum matronae accedent. Peracta hinc recognitione, seorsim singulae obstetrices referent de virginitatis, aut corruptionis indiciis ab inspectione resultantibus, an certa et qualia supersint signa et argumenta intemerati, aut corrupti claustri virginalis, et an ulla fraus ad virginitatem simulandam adhiberi potuerit. Deinde super his magis praecise deponent in responsionibus ad interrogatoria, quae clausa et obsignata exhibebit Defensor validitatis matrimonii. Deinde formali examini erunt subiiciendi periti, quorum iudicium erit exquirendum super

relatis et depositis ab obstetricibus. Tandem examen subire debebit quoque matrona quoad praestitam toto balnei et recognitionis tempore adsistentiam, servatis quoad examen iis omnibus, quae superius dicta sunt, congrua tamen congruis referendo.

Quatenus Defensori matrimonii nulla alia probatio exquirenda videatur, nullamque putet aliam Iudex prae sua diligentia assumendam, finis imponetur probationum collectioni et publicabitur processus, edito super hoc decreto a Iudice, factisque subscriptionibus ab eo, a Defensore matrimonii, et a Cancellario. Haec habenda methodus. Quae in actis continentur, nemini nec ipsis quidem coniugibus eorumque Defensoribus erunt communicanda ante processus publicationem, uno excepto Defensore matrimonii, cui libera semper et quandocumque erit actorum inspectio et examen.

Locus deinde erit defensionibus. Liberum etiam, erit Defensore Matrimonii post processus publicationem novas probationes exquirere, cum agat favore Sacramenti, et nunquam bina sententia nullitatis, conformis transeant in rem iudicatam, ac reassumi causa possit etiam post initas novas nuptias a partibus iuxta Constitut. saepius citatam *Dei miseratione*.

Omnibus absolutis, et cum nil amplius deducendum censuerit Defensor matrimonii, sententiam proferet Episcopus.

Si hac matrimonii nullitas decreta fuerit, debebit Defensor matrimonii apellare iuxta citatam Constitutionem, nec poterunt Coniuges ad alia vota transire nisi post obtentam alteram sententiam conformem super nullitate, sub poenis contra polygamos constitutis in citata Constitutione *Dei miseratione*. Deinde transmittenda erunt acta ab Episcopo ad Iudicem, ad quem provocatum fuit, in copia authentica, soluta per partem diligentiorem competenti mercede Cancellario.

17.

S. C. C.—Varsavien.

Dubia

circa causas matrimoniales.

I. Sitne in causis nullitatis matrimonii ex quocumque titulo coram Iudice Spirituali agitatis necesse exigere, ut testes septimae manus preducantur, an vero id in solis causis ex capite impotentiae devolutis observandum, in ceteris autem omnibus praetermitti possit?

II. Liceatne sine speciali pro unaquaque vice permissione S. Congregationis recipere instantiam et instituere processum in ordine ad efflagitandam dispensationem Sanctissimi?—Et quatenus negative:

III. Liceatne, absoluta instructione causae ex titulo impotentiae physicae, quum inspectio corporum domonstravit virginitatem uxoris, non tamen evicit impotentiam mariti, transmittere acta causae ad S. C. pro impetranda Sanctissimi dispensatione?

IV. Si uxor virginem se esse contendens, virginitatemque suam per inspectionem evincere sustinens, maritum impotentiae insimulat,—is vero contumax est, vel, comparendo, negat, sed inspectioni succumbere renuit,—liceatne unilateraliter, id est ad solam uxoris instantiam, processum ulterius tractare ac deinceps acta ad S. C. transmittere petendae a Sanctissimo dispensationis causa; an vero processus sit inhibendus veniaque S. C. in ulteriorem eius instructionem impetranda?

V. Num in supra relatis casibus (I, II et III) necessario annectendae sint non modo coniecturae Defensoris sed etiam opiniones Theologi et Canonistae.

Resolutio: Sacra Congr. Concilii, re disceptata sub die 16 Iunii 1894, censuit respondere:

Ad I. Negative ad primam partem; et testimonium septimae manus, stricto sensu sumptum, exigi ad corroborandam confessionem coniugum quoad inconsummationem matrimonii.—Ad II. Negative.—Ad III. et IV. Affirmative.—Ad V. Negative.

18.

Declaratio S. O.

circa impedimenta facilis probationis.

S. Off. 5 Jun. 1889. Quando agitur de impedimento disparitatis cultus, et evidenter constat unam partem esse baptizatam, et altera non fuisse baptizatam; quando agitur de impedimento ligaminis, et certe constat primum coniugem esse legitimum et adhuc vivere; quando denique agitur de consanguinitate et affinitate ex copula licita, aut etiam de cognatione spirituali, aut de impedimento clandestinitatis in locis ubi Decretum Trid. *Tametsi* publicatum est, vel uti tale diu observatum; dummodo ex certo et authentico documento, vel, in huius defectu, ex certis argumentis evidenter constet de existentia huiusmodi impedimentorum, super quibus Ecclesiae auctoritate dispensatum non fuerit: hisce in casibus, praetermissis solemnitatibus in Constitutione Apostolica *Dei miseratione* requisitis, matrimonium poterit declarari nullum, cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia. *(Ex Collectam S. C. de Prop. Fide.)*

——

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19.

INSTRUCTIO DE MODO QUO OECONOMICE PROCEDERE DEBENT CURIAE ECCLESIASTICAE IN CAUSIS DISCIPLINARIBUS ET CRIMINALIBUS CLERICORUM DIE 11 IUNII 1880.

Sacra haec EE. et RR. Congregatio, praesentis temporis conditione, in qua Ecclesia versatur, accurate perpensa qua vix non ubique in res et personas ecclesiasticas externam suam actionem excercere impeditur, simulque et illud prae oculis habens maxima ex parte ecclesiasticas Curias opportunis mediis carere quibus recte ordinentur, constituit facultatem expresse impertire locorum Ordinariis ut adhibitis formis magis oeconomicis iurisdictionem suam in clericos, ad disciplinam quod attinet, exerceat.

Utque hinc iustitia incolumis servetur inde vero processus ad Canonum praescriptum ab omnibus fiant, sequentes praestituit normas ab omnibus servandas.

I. Ordinarii pro eorundem munere pastorali, tenentur disciplinae et correctioni consulere clericorum qui iisdem subduntur, eorum mores inspicere, atque ea opportuna remedia adhibere quae a Sacris Canonibus sive ad praecavenda sive ad corrigenda mala praescribuntur.

II. Haec inter alia ad precavendum malum ordinantur, alia in eius coercitione ac medela vim suam exercent. Hinc priora ea amovere student quae aut scandalum aut occasionem voluntariam aut causam delinquendi proximam exhibent. Posteriora vero tum delinquentes ad meliorem frugem revocare, tum damna ex crimine secuta reficere satagunt.

III. Porro Ordinariis munus incumbit recensita hactenus remedia pro sua prudentia et conscientia adhibendi prout rerum et adiunctorum natura et Canones ecclesiastici exigunt.

IV. Mediis quibus malum praecavetur, potissimum accensentur spiritualia exercitia, monitiones et praecepta.

V. His tamen praemittenda est summaria saltem facti notitia, cuius ab Ordinario habenda est ratio, ut si opus sit, *ad ulteriora* procedat vel etiam possit superiori auctoritati satisfacere si legitime ab aliquo ad illam recursus habeatur.

VI. Monitiones vero *canonicae* vel in forma paterna et secreta (adhibita etiam epistola vel interposita aliqua persona) vel in forma iuridica, ita tamen ut aliquo modo semper constet de facta monitione.

VII. Monitionibus frustra adhibitis, Ordinarius Curiae mandet ut praeceptum opportunum intimetur delinquenti, quo eidem quid facere vel omittere debeat indicatur, addita si illud transgrediatur respondentis ecclesiasticae poenae commination.

VIII. Praeceptum reo praevento intimatur a Cancellario coram Vicario generali; vel coram duobus testibus probatae integritatis, sive ecclesiasticis sive laicis.

§ 1. Actibus subscribitur a partibus praesentibus, quin et a praevento si velit.

§ 2. Vicarius generalis iurisiurandi vinculo obstringere potest testes ut secretum servent, si rei natura, de qua agitur id ad prudentiae normam exigat.

IX. Ad infligendas poenas quod spectat, sedulo Reverendissimi Ordinarii animadvertant, hanc instructionem haud efficere ut solemnitates in iudiciis servandae iuxta Sacros Canones, Apostolicas Constitutiones aliasque ecclesiasticas sanctiones abrogatae censeantur, quotiescumque libere et efficaciter usurpari posssint; verum oeconomicus huiusmodi processus iis Curiis servandas praescribit in quibus solemnitates iudiciorum aut adhiberi nequeunt aut minus expedire videantur.

Insuper vim suam plene retinet remedium extraiudiciale quod *ex informata conscientia* appellatur, et pro criminibus occultis adhibendum decrevit Concilium Tridentium (Sess. 14 cap. 1 de Ref.) iis tamen regulis ac cautionibus servatis quas in eiusdem capitis intellectu constanter adhibuit Sacra Congregatio Concilii in pluribus resolutionibus ac nominatim *in Bosnien. et Sirmien.* 20 Decembris 1873.

X. Quum criminaliter procedi opus sit, sive ob praeceptorum infractionem sive ob communia crimina aut ecclesiasticarum legum violationem, processus ea ratione confici potest ut summaria forma absque strepitu iudicii fiat, servatis tamen semper iis regulis quae ad iustitiam essentialiter tuendam pertinent.

XI. Processus vero *ex officio* instruitur aut post supplicem libellum exhibitum, aut occasione querelae, aut cuiuscumque notitiae a Curia habitae, atque ad finem eo consilio perducitur ut maiori qua fieri potest cautione et prudentia, veritas detegatur, et tum criminis notitia haberi, tum qui accusatus fuerat innocens aut reus cognosci possit.

XII. Processus confici potest ab aliquo ecclesiastico viro probo ac idoneo cui opem suam conferet actuarius.

XIII. In quacumque Curia adesse debet Procurator fiscalis ad iustitiae legisque tutelam.

XIV. Si Curia cursores non habet eorum munus pro imitationibus aliisque significationibus suppleri poterit ab aliqua qualificata persona quae de facto fidem faciat, vel documenta per tabellarios publicos specialiter commendata transmitti poterunt, ita tamen ut scripto con-

stet de eorum exhibitione, receptione aut reiectione.

XV. Criminis iuridica existentia tum ex processus confectione authenticis communita informationibus aut confessionibus extraiudicialibus vel testium depositionibus constare poterit. Transgressio vero alicuius praaecepti constat per novam exhibitionem decreti et actus indictionis iis servatis de quibus supra articulis VII et VIII.

XVI. At vero ut accusatus tanquam reus haberi possit, ea iuridica probatione opus est, qua vel facti veritas omnino evidens sit, vel ea habeatur moralis certitudo quae prudens dubium omnino excludat.

XVII. Qui examini subiici debent ii semper seorsim audiantur.

XVIII. Testes sive ad probandum sive ad defensionem nisi lex aliqua obstet, iurati esse debent quin et si opus sit iuramento ad secretum servandum adigantur.

XIX. Si qui forte ex iis absint, eorum examen fit ab ecclesiastica auctoritate loci quo morantur ad quam facti expositio transmitti debet, haec vero supplet, servatis tamen iis quae in hac instructione praescribuntur.

XX. Si vero quidam testes vel quoad factum vel quoad eius circumstantias veluti ad causam dirimendam omnino necessarii iudicentur neque tamen audiri possint vel quia non expedit vel quia nolunt; eorum in actis mentio fiat; horum vero defectus per alios testes *de relato* aut alio quovis modo fide dignos supplendus erit.

XXI. Dum omnia sufficienter habeantur quibus factum eiusque imputabilitas eruatur, ad examen accusatus erit vocandus.

XXII. In citatione, nisi obstet prudentia, proponi ei debent per extensum accusationes adversus eum intentatae ut se praeparet ad eas disiiciendas.

XXIII. Si vero vel ex accusationum qualitate vel alia de causa id prudenter fieri nequeat, generali modo ei iniungendum erit ut ad examen veniat et accusationem obiectam diluat.

XXIV. Si renuat, iteratur intimatio, eique praefigitur peremptorius terminus, simulque monetur eo termino elapso tanquam in contumacem animadversum iri: et reapse ceu talis habebitur nisi legitimam absentiae causam probet.

XXV. Si in iudicio adest, examini subiicitur: et si alicuius momenti inductiones exhibeat, eae, quantum fieri potest, exhauriendae erunt.

XXVI. Deinde ad contestationem facti criminosi deveniendum est, simulque probationes exhibitae proferendae, quibus evincitur eum qui accusatur reum esse poenisque canonicis puniendum.

XXVII. Cum hoc pacto reus conventus omnia cognoscet quae

contra ipsum proferuntur, hic tum ea diluere tum se tueri iure poterit.

XXVIII. Poterit tamen terminum aliquem etiam petere ad semet defendendum scripto, quod potissimum fieri debet cum ex dictis in articulo XXIII haud potuerit se paratum ad respondendum exhibere.

XXIX. Processu absoluto, actorum instructor eiusdem essentialium conclusionum restrictum conficere debet.

XXX. In causae tractatione inquisitus potest, si velit, repraesentari et defendi sive ab alio sacerdote sive a laico, qui tamen prius ab Ordinario approbandi erunt.

XXXI. Si reus praeventus defensorem sibi constituere nolit, Ordinarius unum ex officio eidem deputabit.

XXXII. Defensor caute ex actis notitiam haurit causae ut eam possit tueri eiusque defensio etiam ante causae propositionem scripto poterit exhiberi. At si Ordinarius iudicet ex causae natura secretum iuramenti vinculo servandum esse, defensor quoque eodem obstringitur.

XXXIII. Processus et restrictus dein ad procuratorem fiscalem transmittitur, ut ea quae ad ipsum pertinent exequatur; itemque ad Ordinarium utrumque postea transmittitur, qui causae statu apprime perspecto, diem statuit quo discuti ac dirimi debeat simulque de hoc eum qui accusator certiorem efficit.

XXXIV. Statuta die causa proponitur coram Vicario Generali adstantibus procuratore fiscali, rei patrono et Cancellario.

XXXV. Auditis tum conclusionibus fiscalibus tum deductionibus pro defensione, sententia profertur, Cancellario dispositivam partem scribente ex dictato, in eaque mentio expressa fieri debet si reus damnatur, canonicae sanctionis quae contra ipsum adhibetur,

XXXVI. Sententia praevento indicitur, qui appellationem ad superiorem ecclesiasticam potestatem interponere potest.

XXXVII. In iudicio appellationis servantur ea quae Benedictus XIV, in sua Constitutione *Ad militantes*, 30 Martii 1742 praecepit, itemque huius S. Congregationis Decretum 18 Decembris 1865, et Litterae Encyclicae 1 Aug. 1851.

XXXVIII. Appellatio fieri debet intra decem dies a sententiae notificatione, quo termino inutiliter elapso, sententia executioni debet mandari.

XXXIX. Facta intra decem dies appellatione, Curia absque mora transmittere debet ad superiorem ecclesiasticam potestatem, ad quam appellatum est, omnes actus causae originales, scilicet processum, restrictum, defensionem et sententiam.

XL. Potestas ecclesiastica superior, appellationis habita no-

stet de eorum exhibitione, receptione aut reiectione.

XV. Criminis iuridica existentia tum ex processus confectione authenticis communita informationibus aut confessionibus extraiudicialibus vel testium depositionibus constare poterit. Transgressio vero alicuius praaecepti constat per novam exhibitionem decreti et actus indictionis iis servatis de quibus supra articulis VII et VIII.

XVI. At vero ut accusatus tanquam reus haberi possit, ea iuridica probatione opus est, qua vel facti veritas omnino evidens sit, vel ea habeatur moralis certitudo quae prudens dubium omnino excludat.

XVII. Qui examini subiici debent ii semper seorsim audiantur.

XVIII. Testes sive ad probandum sive ad defensionem nisi lex aliqua obstet, iurati esse debent quin et si opus sit iuramento ad secretum servandum adigantur.

XIX. Si qui forte ex iis absint, eorum examen fit ab ecclesiastica auctoritate loci quo morantur ad quam facti expositio transmitti debet, haec vero supplet, servatis tamen iis quae in hac instructione praescribuntur.

XX. Si vero quidam testes vel quoad factum vel quoad eius circumstantias veluti ad causam dirimendam omnino necessarii iudicentur neque tamen audiri possint vel quia non expedit vel quia nolunt; eorum in actis mentio fiat; horum vero defectus per alios testes *de relato* aut alio quovis modo fide dignos supplendus erit.

XXI. Dum omnia sufficienter habeantur quibus factum eiusque imputabilitas eruatur, ad examen accusatus erit vocandus.

XXII. In citatione, nisi obstet prudentia, proponi ei debent per extensum accusationes adversus eum intentatae ut se praeparet ad eas disiiciendas.

XXIII. Si vero vel ex accusationum qualitate vel alia de causa id prudenter fieri nequeat, generali modo ei iniungendum erit ut ad examen veniat et accusationem obiectam diluat.

XXIV. Si renuat, iteratur intimatio, eique praefigitur peremptorius terminus, simulque monetur eo termino elapso tanquam in contumacem animadversum iri: et reapse ceu talis habebitur nisi legitimam absentiae causam probet.

XXV. Si in iudicio adest, examini subiicitur: et si alicuius momenti inductiones exhibeat, eae, quantum fieri potest, exhauriendae erunt.

XXVI. Deinde ad contestationem facti criminosi deveniendum est, simulque probationes exhibitae proferendae, quibus evincitur eum qui accusatur reum esse poenisque canonicis puniendum.

XXVII. Cum hoc pacto reus conventus omnia cognoscet quae

contra ipsum proferuntur, hic tum ea diluere tum se tueri iure poterit.

XXVIII. Poterit tamen terminum aliquem etiam petere ad semet defendendum scripto, quod potissimum fieri debet cum ex dictis in articulo XXIII haud potuerit se paratum ad respondendum exhibere.

XXIX. Processu absoluto, actorum instructor eiusdem essentialium conclusionum restrictum conficere debet.

XXX. In causae tractatione inquisitus potest, si velit, repraesentari et defendi sive ab alio sacerdote sive a laico, qui tamen prius ab Ordinario approbandi erunt.

XXXI. Si reus praeventus defensorem sibi constituere nolit, Ordinarius unum ex officio eidem deputabit.

XXXII. Defensor caute ex actis notitiam haurit causae ut eam possit tueri eiusque defensio etiam ante causae propositionem scripto poterit exhiberi. At si Ordinarius iudicet ex causae natura secretum iuramenti vinculo servandum esse, defensor quoque eodem obstringitur.

XXXIII. Processus et restrictus dein ad procuratorem fiscalem transmittitur, ut ea quae ad ipsum pertinent exequatur; itemque ad Ordinarium utrumque postea transmittitur, qui causae statu apprime perspecto, diem statuit quo discuti ac dirimi debeat simulque de hoc eum qui accusator certiorem efficit.

XXXIV. Statuta die causa proponitur coram Vicario Generali adstantibus procuratore fiscali, rei patrono et Cancellario.

XXXV. Auditis tum conclusionibus fiscalibus tum deductionibus pro defensione, sententia profertur, Cancellario dispositivam partem scribente ex dictato, in eaque mentio expressa fieri debet si reus damnatur, canonicae sanctionis quae contra ipsum adhibetur,

XXXVI. Sententia praevento indicitur, qui appellationem ad superiorem ecclesiasticam potestatem interponere potest.

XXXVII. In iudicio appellationis servantur ea quae Benedictus XIV, in sua Constitutione *Ad militantes*, 30 Martii 1742 praecepit, itemque huius S. Congregationis Decretum 18 Decembris 1865, et Litterae Encyclicae 1 Aug. 1851.

XXXVIII. Appellatio fieri debet intra decem dies a sententiae notificatione, quo termino inutiliter elapso, sententia executioni debet mandari.

XXXIX. Facta intra decem dies appellatione, Curia absque mora transmittere debet ad superiorem ecclesiasticam potestatem, ad quam appellatum est, omnes actus causae originales, scilicet processum, restrictum, defensionem et sententiam.

XL. Potestas ecclesiastica superior, appellationis habita no-

annorum spatium confirmavit, seu quatenus opus fuerat denuo concessit.

Quum vero ex monumentis ecclesiasticis Americam Latinam respicientibus, quae magna peritorum diligentia collecta atque investigata sunt, probe constet multa ex privilegiis Indiae Occidentali concessis partim haud vigere, partim in dubium esse revocanda; Nos qui Americanas gentes egregie de Ecclesia Romana meritas singulari amore prosequimur, ad tollendas in re tanti momenti perplexitates et angustias animi, quae Episcopos illarum Dioecesium aliosque, quorum interest, non raro exagitant, totum dictorum privilegiorum negotium deferri iussimus speciali Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium; qui post maturam deliberationem novorum privilegiorum catalogum, exclusis catalogis, sumariis et recensionibus in Conciliis Provincialibus vel aliter editis, conficiendum censuerunt, confectumque Apostolica auctoritate probandum.

Nos igitur re mature perpensa, pro ea, quam gerimus, de omnibus Ecclesiis sollicitudine, eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ne Clerus et populus illarum regionum anteactorum privilegiorum memoria et usu penitus privati maneant, sententiam tenuimus et quae infra recensentur privilegia pro omnibus Americae Latinae singulisque Dioecesibus et ditionibus de Apostolicae potestatis plenitudine ad proximum triginta annorum spatium hisce ipsis Litteris concedimus. Quare, quod bonum, felix, faustumque sit et universae Americae Latinae Ecclesiae benevertat, mandamus, edicimus:

I. Ut electi Episcopi in Americae Latinae ditionibus commorantes postquam promotionis Litteras Apostolicas acceperint, nisi aliter in praefatis Litteris praescriptum sit, a quocumque maluerint catholico Antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente, accitis et assistentibus, si alii Episcopi assistentes absque gravi incommodo reperiri nequeant, duobus vel tribus presbyteris in ecclesiastica dignitate constitutis, vel Cathedralis Ecclesiae Canonicis, consecrationis munus accipere valeant.

II. Ut Concilii Provincialis celebratio ad duodecim annos differri possit, reservato Metropolitae iure illud frequentius, prout necessitas postulaverit, celebrandi, nisi aliter per Sedem Apostolicam postea ordinatum fuerit.

III. Ut Episcopi Sacrum Chrisma, quod ex indico etiam, vero tamen balsami liquore fieri potest, et Olea Sacra conficere possint iis sacerdotibus adstantibus qui adstare potuerint, et, urgente necessitate, extra diem Coenae Domini.

IV. Ut adhiberi possint Sacra Olea etiam antiqua, non tamen ultra quatuor annos, dummodo corrupta ne sint, et peracta omni diligentia, nova vel recentiora Sacra Olea haberi nequeant

V. Ut pro omnibus et solis regionibus seu locis, in quibus magnae distantiae causa vel ob aliud grave impedimentum perdifficile sit Parochis vel missionariis ad Baptismum conferendum aquam Sabbato Sancto et Pentecostes benedictam ex fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere et secum circumferre, Ordinarii, nomine Sanctae huius Sedis, concedere possint Parochis et missionariis supra dictis facultatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula, qua missionarios in Peruvia apud Indos Summus Pontifex Paulus III uti concessit, quaeque in appendice ad Rituale Romanum legitur.

VI. Ut si propter defectum temporis, improbamque defatigationem, aliisque gravibus de causis perdifficile sit omnes adhibere caeremonias pro Baptismo adultorum praescriptas, Parochi et missionarii, de praevio Ordinarii consensu, uti possint solis ritibus, qui in Constitutione Pauli III *Altitudo* diei 1 Iunii MDXXXVII designantur. Insuper ut iisdem rerum adiunctis Ordinarii nomine Sanctae Sedis concedere valeant Parochis et missionariis usum ordinis Baptismi parvulorum, onerata in usu huiusmodi facultatis eorumdem Ordinariorum conscientia super existentia gravis necessitatis.

VII. Ut in omnibus et singulis ditionibus Americae Latinae, nulla excepta, omnes sacerdotes tam saeculares quam regulares, quamdiu in praefatis ditionibus moram duxerint, et non alias, singulis annis die secunda Novembris seu die sequenti, iuxta rubricas Missalis Romani, qua nempe Commemoratio omnium fidelium defunctorum ab Ecclesia universali recolitur, tres Missas singuli celebrare possint et valeant, ita tamen ut unam tantum eleemosynam accipiant, videlicet pro prima Missa dumtaxat, et in ea quantitate tantum, quae a Synodalibus Constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter praefinita fuerit; fructum autem medium secundae et tertiae Missae non peculiari quidem defuncto, sed in suffragium omnium fidelium defunctorum omnino applicent, ad normam Constitutionis Benedicti XIV Pontificis Maximi *Quod expensis*, diei XXVI Augusti MDCCXLVIII.

VIII. Ut omnes fideles annuae Confessionis et Communionis praecepto satisfacere possint a Dominica Septuagesima usque ad octavam diem solemnitatis Corporis Christi inclusive.

IX. Ut omnes fideles lucrari possint indulgentias et iubilaea, quae requirunt Confessionem,

Communionem et ieiunium, dummodo servato ieiunio, si loco inhabitent, ubi impossibile prorsus vel difficile admodum sit Confessarii copiam habere, corde saltem contriti sint cum proposito firmo confitendi admissa quam primum poterunt, vel ad minus intra unum mensem.

X. Ut indi et nigritae intra tertium et quartum tam consanguinitatis quam affinitatis gradum matrimonia contrahere possint.

XI. Ut indi et nigritae quocumque anni tempore nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo iis temporibus, quibus ab Ecclesia prohibentur nuptiae, pompae apparatum non adhibeant.

XII. Ne indi et nigritae ieiunare teneantur praeterquam in feriis sextis Quadragesimae, in Sabbato Sancto, et in pervigilio Natalis D. N. I. C.

XIII. Ut praeterea indi et nigritae absque ullo onere, seu solutione eleemosynae uti possint indulto, quod Quadragesimale dicitur, et quo fideles respectivae Dioecesis seu regionis ab Apostolica Sede donantur; ideoque carnibus, ovis et lacticiniis vesci possint omnibus diebus ab Ecclesia vetitis, exceptis quoad carnes diebus in superiori paragrapho XII notatis.

XIV. Ut quandocumque in causis tam criminalibus, quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus a sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si prima sententia ab Episcopo lata fuerit, ad Metropolitanum; si vero prima sententia lata sit ab ipso Metropolitano, ad Ordinarium viciniorem absque alio Sedis Apostolicae rescripto appelletur: et si secunda sententia primae conformis fuerit, vim rei iudicatae obtineat, et executioni per eum, qui eam tulerit, demandetur, quacumque appellatione non obstante; si vero illae duae sive ab Ordinario et Metropolitano, sive a Metropolitano et Ordinario viciniore latae, conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum vel Episcopum ei, a quo primo fuit lata sententia, viciniorem eiusdem Provinciae appelletur, et duas ex ipsis tribus sententias conformes, quas vim rei iudicatae habere volumus, is, qui postremo loco iudicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obstante. Cum autem recursus ad Apostolicam Sedem etiam omisso medio, sive ante sive post sententias iudicum inferiorum, semper integer manere debeat, ad normam Iuris, in usu huius privilegii omnino servandae erunt sequentes conditiones: 1.° Ut in singulis causis salva maneat cuique litiganti facultas ad hanc Apostolicam Sedem etiam post primam sententiam recurrendi: 2.° Ut in singulis actibus expressa fiat Apostolicae delegationis mentio: 3.° Ut causae maiores sint eidem Apostolicae Sedi reservatae ad normam Sacri Concilii Tridentini: 4.° Et quoad causas matrimoniales ea custodiantur, quae in Constitutione Benedicti XIV cuius initium *Dei miseratione* praestituta sunt.

Abrogatis deletisque Auctoritate Nostra Apostolica omnibus et singulis Indiarum Occidentalium privilegiis quocumque nomine vel forma ab hac Sancta Sede prius concessis.

Contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die solemni Paschae XVIII Aprilis MDCCCLXXXXVII, Pontificatus Nostri anno vigesimo.

A. CARD. MACCHI.

——

DECLARATIO AUTHENTICA QUOAD SIGNIFICATIONEM DENOMINATIONIS INDORUM ET NIGRITARUM IN LITTERIS APOSTOLICIS «TRANS OCEANUM», DIEI 18 APRILIS 1897.

Ex Audientia Sanctissimi die 24 Maii anno 1898.

Cum propositum fuerit dubium, quinam nomine *Indorum* et *Nigritarum* in Litteris Apostolicis *Trans Oceanum*, a Sanctissimo D. N. Leone PP. XIII die 18 Aprilis 1897 editis, intelligi debeant, Eadem Sanctitas Sua, referente me infrascripto Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae Secretario, haec quae sequuntur censuit declaranda:

In praedictis Litteris Apostolicis *Trans Oceanum*, nomina *Indorum* et *Nigritarum* eadem significatione sumi ac in ceteris praecedentibus Constitutionibus Pontificiis de hac materia agentibus, speciatim in Constitutionibus Alexandri VIII *Animarum saluti*, diei 30 Martii 1690, et Benedicti XIV *Cum Venerabilis*, diei 27 Ianuarii 1757, videlicet:

I. Sub nomine *Indorum* et *Nigritarum*, praeter ipsos indos et nigritas, comprehendi etiam eos, qui ex indo aut nigrita et ex muliere europaea (vel europaei sanguinis) nec non qui ex europaeo viro et indica vel nigrita muliere sunt progeniti, ideoque *mixti*, *mestitii* vel *mulati* vocantur, et absolutam medietatem sanguinis europaei habent. Non autem comprehendi eos, qui originem ab indis vel nigritis ducunt per avum tantum vel aviam, quique *quarterones* dicuntur, utpote quartam solummodo partem sanguinis indici vel nigritici habentes; et multo minus qui per proavum vel proaviam dumtaxat ab indis vel nigritis originem trahunt, et vulgo *puchueles* seu *pucuelles* appellantur.

II. Insuper *indorum* et *nigritarum* nomine intelligi etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

africanos, asiaticos et oceanios, dummodo ex europaeo sanguine non sint, ac in America Latina commorentur, quamvis in ea nati non fuerint.

Et ita Sanctitas Sua, publicari et servari mandavit, contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis, die, mense et anno praedictis.

FELIX CAVAGNIS,
Secretarius
S. Congr. Negotiis Eccl. Extraord. praepositae.

21.

INSTRUCTIONES QUOAD DILIGENTIAS ADHIBENDAS IN CAUSIS SOLLICITATIONIS CIRCA DENUNCIATUM EIUSQUE DENUNCIANTES.

I. Instructionis S. Romanae et Universalis Inquisitionis circa observantiam Apostolicae Constitutionis *Sacramentum Poenitentiae* N. 10 praecipitur ut, *antequam contra denunciatum procedatur, perspectum exploratumque iudici esse debeat, mulieres vel viri denunciantes sint boni nominis, neque ad accusandum vel inimicitia et alio humano affectu seducti fuerint.*

II. Praeceptum huiusmodi, uti omnia quae ad huius Supremi Tribunalis procedendi rationem spectant, strictissimi iuris censendum est, ita ut, eo neglecto, ad ulteriora procedi nequeat.

III. Nec sufficit ut id utcumque, sed omnino necesse est ut certa iudiciali forma iudici innotescat; quod propria dictione: «*diligentias circa denunciatum eiusque denunciantes peragere*» significari in foro S. Officii usus obtinuit.

IV. Iamvero cum non semper nec ab omnibus vel tantum post longum tempus, cum nempe testimoniorum receptio difficilis et quandoque impossibilis est, Supremum hoc Tribunal id servari perspexerit, hanc ad rem Instructionem, pro Rmorum. Ordinariorum norma, edendam mandavit.

V. Ordinarius igitur toties quoties aliquam de infando sollicitationis crimine denunciationem acceperit, illico ad diligentias peragendas procedet. Ad quem finem vel per se vel per Sacerdotem a se *specialiter* delegatum advocabit (separatim scilicet et qua decet circumspectione) duos testes, quantum fieri poterit, ex coetu ecclesiastico, utcumque vero omni exceptione maiores, qui bene noverint tum denunciatum tum omnes et singulos denunciantes, eosque, sub sanctitate iuramenti de veritate dicenda et de secreto S. Officii servando, iudicialiter interrogabit, testimonium scripto referens, iuxta insequentem formulam; utriusque vero testimonii

atque una simul respectivae denunciationis authenticum exemplar directe tutaque via ad hanc Supremam Congregationem quamprimum transmittet.

VI. Dictum est: «vel per se vel per Sacerdotem a se *spcialiter* delegatum»; nihil enim prohibet quominus, rationabili ex causa, pio alicui docto ac prudenti Sacerdoti id muneris Ordinarius demandare valeat; *speciali* tamen ei in singulis casibus delegatione impertita, eique antea delato iureiurando de munere fideliter obeundo et de secreto S. Officii servando.

VII. Quod si inveniri nequeant duo tantum testes qui noverint una simul denunciatum et omnes et singulos denunciantes, plures vocari debent. Tot nempe hoc in casu testes, ut supra, vocandi erunt, quot oportebit ut duplex quoad denunciatum et unumquemque denunciantem habeatur testimonium.

VIII. Quoties autem iuramentum de secreto servando et, pro diversis casibus, de veritate dicenda vel de munere fideliter obeundo deferendum sit, iuramentum ipsum semper et ab omnibus, etiam Sacerdotibus, *tactis Ss. Dei Evangeliis et non aliter*, praestandum erit. In Ordinarii vero potestate erit, siquidem pro rerum, locorum aut personarum adiunctis necessarium vel expediens iudicaverit, excommunicationem ipso facto incurrendam et Rom. Pont. speciali modo reservatam violatoribus comminari.

IX. Sequitur interrogationis formula:

Die. . . . mense. . . . anno. . . .

Vocatus personaliter comparuit coram me infrascripto Episcopo. . . . . *(notetur nomen Dioecesis. Delegatus autem dicat;* coram me infrascripto a. r. p. d. Episcopo. . . . . ad hunc actum tantum specialiter legato) sistente in. . . . *(notetur locus ubi negotium geretur.)*

N. . . . . N. . . . . *(nomen, cognomen et qualitates testis conventi)* qui, delato ei iuramento veritatis dicendae, quod praestitit tactis Ss. Dei Evangeliis, fuit per me.

1. Interrogatus: Utrum noverit Sacerdotem N. . . . N. . . . .? *(nomen, cognomen et qualitates denunciati.)*

Respondit. . . . *(exscribatur lingua qua utitur testis, eius responsio.)*

2. Interrogatus: Quaenam sit huiusce Sacerdotis vitae ratio, quinam mores, quaenam penes populum existimatio?

Respondit:. . . .

3. Interrogatus: Utrum noverit viros vel ut plurimum, mulieres NN. . . NN. . .? *(nomen, cognomen et qualitates uniuscuiusque denunciantis.)*

Respondit:. . . . .

4. Interrogatus: Quaenam sit uniuscuiusque eorum vitae ratio, quaenam penes populum existimatio?

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Respondit:. . . . .

5. Interrogatus: Utrum eos censeat fide dignos, vel contra mentiendi, calumniandi in iudicio et etiam peierandi capaces eos existimet?

Respondit: . . .

6. Interrogatus: Utrum sciat, num forte inter eos et praefatum Sacerdotem ulla unquam extiterit odii vel inimicitiarum causa?

Respondit: . . . .

Tunc, delato ei iuramento de secreto S. Officii servando, quod praestitit ut supra, dimissus fuit, et antequam discederet, in confirmationem praemissorum se subscripsit,

Subscriptio autographa testis vel eius signum † crucis.

Acta sunt haec per me N...N... *(nomen, cognomen et qualitates Episcopi vel eius Delegati qui testimonium recepit.)*

Datum Romae die 6 Augusti 1897.

L. M. Card. PAROCCHI.

22.

INSTRECTIO
S. C. DE PROPAGANDA FIDE
DE SUSPENSIONIBUS
EX INFORMATA CONSCIENTIA.

Omni tempore sollicita fuit Ecclesia ut non solum ascensus ad Sacros Ordines interdiceretur indignis, verum etiam ab eorumdem exercitio criminosi suspensi manerent.

Cum autem occultorum quoque criminum quaeque prodere non expediret, facilis et prompta, nempe a iudiciariis formis libera, coercitio aliquando necessaria sit ad sacri ministerii dignitatem et fidelium utilitatem tuendam; hinc sapientissimo consilio Tridentini Patres (Sess. XV, cap. 1, de Ref.) decreverunt: «Ei qui ascensus a Sacros Ordines a suo Praelato ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus seu gradibus vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates sive honores restitutio suffragetur.»

Ex hoc provido decreto, in eo quod refertur ad clericorum crimina, quae extraiudicialem suspensionem ab ecclesiasticis officiis merentur, iamdudum in usu fuit suspensionis poena ex causis Praelato notis: quae nempe audit *Suspensio ex informata conscientia.* Ad hoc itaque ut in eadem infligenda, cum maiori qua potest cautela et securitate Ordinarii Catholicarum Missionum procedant, S. Congregatio de Propaganda Fide praesentem instructionem edendam censuit, cui iidem Ordinarii in adhibendo hoc extraordinario remedio sese conformare curabunt.

1. Suspensio ex informata conscientia, non secus ac illa quae per iudicialem sententiam infligitur, personam ecclesiasticam a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis exercendis interdicit.

2. In hoc praecipue ipsa differt a iudiciali suspensione, quod adhibetur tanquam extraordinarium remedium in poenam admissi criminis; idoeque ad eiusmodi impositionem non requiruntur nec formae iudiciales, nec canonicae admonitiones. Satis erit proinde, si Praelatus hanc poenam infligens, simplici utatur praecepto, quo declaret se suspensionem ab exercitio sacrorum officiorum vel ecclesiasticorum munium indicere.

3. Huiusmodi praeceptum semper in scriptis intimandum est, die et mense designato; ideoque autem fieri debet vel ab ipso Ordinario, vel ab alia persona de expresso ipsius mandato. In eadem autem intimatione exprimendum est, quod eiusmodi punitio irrogetur in vim Tridentini Decreti Sess. XIV. cap. 1. de Ref.

4. Debent insuper exprimi partes exercitii Ordinis, vel officii, ad quas extenditur suspensio; quod si suspensus interdictus sit ab officio, cui alter in locum ipsius substituendus est, ut puta Oeconomus in cura animarum, tunc substitutus mercedem percipiet ex fructibus beneficii in ea portione, quae iuxta prudens Ordinarii arbitrium taxabitur. At si suspensus in hac taxatione se gravatum senserit, moderationem provocare poterit apud Curiam Archiepiscopalem, aut etiam apud Sedem Apostolicam.

5. Exprimi item debet tempus durationis eiusdem poenae. Abstineant tamen Ordinarii ab ipsa infligenda in perpetuum. Quod si ob graviores causas Ordinarius censuerit eam imponere non ad tempus determinatum, sed ad suum beneplacitum, tunc ipsa habetur pro temporanea, ideoque cessabit cum iurisdictione Ordinarii suspensionem infligentis.

6. Suspensioni ex informata conscientia iustam ac iegitimam causam praebet crimen, seu culpa a suspenso commissa. Haec autem debet esse occulta, et ita gravis, ut talem promereatur punitionem.

7. Ad hoc autem ut sit occulta requiritur, ut neque in iudicium, neque in rumores vulgi deducta sit, neque insuper eiusmodi numero et qualitati personarum cognita sit, unde delictum censeri debeat notorium.

8. Verum tenet etiam suspensio si ex pluribus delictis aliquod fuerit notum in vulgus; aut si crimen, quod ante suspensionem fuerat occultum, deinceps post ipsam fuerit ab aliis evulgatum.

9. Prudenti arbitrio Praelatorum relinquitur suspensionis causam, seu ipsam culpam delinquenti aut patefacere, aut reticere. Partes alioquin pastoralis sollicitudinis et charitatis eo-

rumdem erunt, ut si istiusmodi poenam suspenso manifestare censuerint, ipsa ex paternis, quas interponent, monitionibus, nedum ad expiationem culpae, verum etiam ad emendationem delinquentis, et ad occasionem peccandi eliminandam inserviant.

10. Meminerint vero Praesules, quod si contra decretum, quo irrogata fuit suspensio, promoveatur recursus ad Apostolicam Sedem, tunc apud ipsam comprobari debet culpa, quae eidem praebuit occasionem. Consultum idcirco erit, ut antequam haec poena infligatur, probationes illius quantumvis extraiudicialiter et secreto colligantur; ita ut eo ipso, quod cum omni certitudine culpabilitatis in punitione inferenda proceditur, si deinceps causa examinanda est apud Apostolicam Sedem, probationes criminis in eas difficultates haud impingant, quae ut plurimum occurrunt in istiusmodi iudiciis.

11. A decreto suspensionis ex informata conscientia non datur appellatio ad tribunal superioris ordinis. Postquam idcirco clericus intimationem suspensionis habuerit, si nihilominus appellationem interponere, eiusque obtentu in altari ministrare, seu quovis modo suum ordinem solemniter exercere praesumat, statim incidit in irregularitatem.

12. Semper tamen patet aditus ad Apostolicam Sedem; et in casu quo clericus absque sufficienti ac rationabili causa se hac poena mulctatum reputet, recurrere poterit ad Summum Pontificem. Interim tamen in vigore permanet decretum suspensionis usque dum ab ipso Pontifice, vel a S. Congregatione, quae de recursu iudicare debet, non fuerit rescissum aut etiam moderatum.

13. Ceterum ex quo istiusmodi poena est remedium omnino extraordinarium, quod praesertim ad expiationem criminum absque formis iudiciariis adhibetur, prae oculis habeant Praelati id quod sapientissime admonet Summus Pontifex S. M. Benedictus XIV in suo tractatu *de Synodo Dioecesano* l. XII. cap. 8, n. 6, quod nimirum reprehensibilis foret Episcopus, si in sua Synodo declararet, se deinceps ex privata tantum scientia cum poena suspensionis a divinis animadversurum in clericos, quos graviter deliquisse compererit, quamvis eorum delictum non possit in foro externo concludenter probari, aut illud non expediat in aliorum notitiam deducere.

Romae ex Aedibus S. C. de Prop. Fide die 20 Octobris 1884.

23.

DECLARATIO S. O. DE VI ET PROMULGATIONE CONCILII PLENARII AUT PROVINCIALIS.

Eme. Domine:

Litteris datis die 22 Decembris anni elapsi ad Emum. D. Cardinalem Secretarium huius Supremae Congregationis S. O. Amplitudo Tua sequentia dubia proponebat:

I. Utrum Episcopi in Concilio sive Plenario sive Provinciali coadunati vera potestate legislativa potiri censeantur?

II. Utrum decreta Conciliorum sive Plenariorum sive Provincialium a S. Sede modo generali, non autem speciali, adprobata, omnimoda vi legum careant, nisi in statuta dioecesana iam fuerint incorporata; et quidem tantum valeant, quantum sic fuerint incorporata?

Re ad examen revocata, in Congregatione Generali habita fer. V loco IV die 10 Septembris 1896, Emi. Dni. Cardinales una mecum Inquisitores Generales, reformatis dubiis uti sequitur:

I. Utrum Episcopi in Concilio sive Plenario sive Provinciali legitime coadunati, vera potestate legislativa potiri censeantur?

II. Utrum decreta Conciliorum sive Plenariorum sive Provincialium a S. Sede in forma communi sive specifica confirmata vel adprobata, vel saltem recognita omnimoda vi careant, nisi in statuta dioecesana iam fuerint incorporata; et quidem tantum valeant, in quantum sic fuerunt incorporata?

Respondendum decreverunt:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Et ad mentem.

Haec ad A. T. notitiam dum desero fausta quaeque ac felicia a Deo Tibi lubens deprecor.

Ad R. P. D. Archiepiscopum S. Ludovici in America.

Uti Frater
L. M. CARD. PAROCCHI.

24.

DECRETA CONCILII MEXICANI PROVINCIALIS III EXPRESSE A CONCILIO MEXICANO V CONFIRMATA.

—

DE PRAEDICATIONE VERBI DEI.

§ I.

Tam Episcopi quam Parochi verbum Dei per se ipsos praedicent, ex Tridentini praescripto, nisi legitimo sint impedimento obnoxii

Praecipuum Episcoporum munus est docere populum Evangelium Dei, quos tanquam Apostolorum successores, ea maxime cura exercere debet, ut recte, pureque tractent verbum veritatis, ac formam habeant sanorum verborum quibus plebes sibi comissae Doctrina salutari, ita pascantur, ut Christo Pastori bono semper inhaereant. Quod optime perpendens Sacrosan-

ctum Tridentinum Concilium statuit, ac decrevit, omnes Episcopos, et alios Ecclesiarum Praelatos teneri, per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad praedicandum Evangelium Dei, si vero legitime impediri contigerit, idoneos viros assumere debeant, ad praedicationis munus salubriter exequendum. Quamobrem haec Provincialis Synodus, auctoritati Concilii Tridentini, et veterum Patrum innixa, Episcopos et alios Provinciae Mexicanae Praelatos in Domino cohortatur, ut in hanc curam toto pectore incumbant, ac Greges sibi commissos, ipsimet, praesertim in Ecclesia sua, verbo Dei pascant. Sin autem se interdum vere impeditos cognoverint, per viros idoneos ex praescripto eiusdem Concilii sibi eligendos, hoc munus studiosissime populo praestent.

§ II.

Parochi verbum Dei annuncient omnibus dominicis et festis diebus.

Parochi vero et Curati, qui in dispensando subditis verbo Dei, Coadiutores Episcoporum sunt, iuxta Concilii Tridentini Decretum, dominicis saltem diebus, et festis solemnibus oves sibi commissas, pro earum sensu et intelligentia salutaribus verbis pascant, docendo ea, quae ad salutem sunt necessaria, eis itidem annunciando, quae vitia declinare, quasve sectari virtutes oporteat, ut poenam aeternam evadere et coelestem gloriam consequi valeant. Id vero Parochi et Curati praedicti per se ipsos praestare debeant; sin minus ab Ordinario compellantur, quod si legitime impediti fuerint, summo studio invigilent, ne desint ministri idonei ad id muneris adimplendum; ut autem praedicationis usus perpetuo conservetur, et in dies magis, atque magis, cum fructu animarum accrescat, iis, qui praedicandi officio funguntur, regulas proxime annotatas haec Sancta Synodus observandas proponit.

§ III.

Concionatores Scripturam Sacram iuxta sensum Ecclesiae interpretentur.

Praedicatores verbi Dei iuxta Concilii Tridentini praeceptum, Scripturam Sacram interpretentur eo sensu, quem Sancta Mater Ecclesia, et unanimis Sanctorum Patrum consensus comprobavit, nec prudentiae suae innixi Scripturae vim faciant, ad singulares, novos et pro suo arbitratu excogitatos sensus eam detorquendo, nec quidquam ab Ecclesia, aut a probatis Ecclesiae Doctoribus alienum proferant.

—

§ IV.

Semper ex Evangelio Mysterium aliquod exponant.

Mysterium aliquod Fidei semper exponant ex aliquo Evangelii loco, argumento desumpto, ut auditores frequenter Dei verbum audiendo facile percipiant, quae sibi ad salutem maxime sunt necessaria.

§ V.

Auditorum captui sese accommodent.

Difficilibus, et inanibus quaestionibus prorsus abstineant, ne se ipsos ostentare magis, quam Christum praedicare videantur, sed ad ea, quae pro cuiusque gradu, qualitate, conditioneve magis expediunt, auditores exhortantur, eosque facilioribus, et convenientioribus mediis ad haec consequenda studiosissime instituantur.

§ VI.

Quomodo Episcopos, et Magistratus admonere debeant.

Episcopos, aliosve Praelatos et Magistratus civiles cum offensione auditorum, ne acerbe obiurgent, sed si quid in illis dignum reprehensione invenerint, privatim potius eos admoneant. Populum vero, iuxta dictum Apostoli, praepositis eius etiam discolis, obedire cohortentur.

§ VII.

Cautio et charitas servetur in reprehendendo.

In reprehendendis vitiis cauti sint, nec quemquam tacite, aut nominatim insectentur, sed potius ita se gerant ut pietatis et charitatis solum studio, non peculiari alicuius odio adductos, id facere omnes intelligant.

§ VIII.

Doctrinam confirment exemplo bonae vitae.

Denique doctrina, quam docent, ut efficacior sit, non minus vita et exemplo, quam sermone comprobetur, ne quod verbis asserunt, moribus impugnent, et dum aliis praedicant, ipsi reprobi efficiantur.

N. B. Confirmatio horum Decretorum habetur in Conc. Mex. Provinciali V, nn. 21, 32 et 33.

Pro Episcopo defuncto a singulis Sacerdotibus Missa celebretur.

Quia vero rationi maxime consonum est ut subditi superiores amore prosequantur, praecepit haec Synodus, ut defuncto aliquo Episcopo, omnes illius Dioecesis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sacerdotes, intra quatuor dies a die notitiae, pro eo Missam unam de defuncto Episcopo celebrare teneantur, intra octo vero in singulis Ecclesiis Episcopatus Missa una solemnis celebretur cum Responsorio, idque sine pompa, et sine Ecclesiarum sumptibus fiat.

N. B. Hoc decretum confirmatum est in Conc. Prov. V, n. 212.

——

De examine ordinibus praemittendo.

§ I.

Episcopi in Dioecesana Synodo Examinatores eligant.

Ut ordinandorum, et eorum, quibus animarum cura credenda est, quibus polleant meritis, quamve ad spiritualia munera obeunda idonei sint, facilius Episcopis notum fiat, praecipit haec Synodus Mexicanae Provinciae Episcopis, ut in Synodo Dioecesana, quae primo quoque tempore celebrabitur, tres saltem eligant et deputent Examinatores, qui una cum Episcopo, vel eius Vicario, si Episcopus fuerit impeditus, de scientia ordinandorum periculum faciant, ante Synodum autem habitam, per suos Episcopi id etiam praestent. Examinatores vero deputati, in suo munere obeundo, hanc a Synodo praescriptam formam observent.

§ II.

Iuramentum ab Examinatoribus praestandum.

Examinatores in Synodo Dioecesana constituti, iureiurando se obstringant de fidelitate servanda in suo suscepto munere, de vere, et sincere manifestanda eorum comperta scienta, de quibus ipsi experimentum sumpserint, amore, odio, aliove humano effectu posthabitis. Examinis vero causa, nihil quidquam pecuniae, praemii, alicuiusve doni, aut quid simile accipiant.

§ III.

Examinandus Episcopo denuntietur, qui aliquid Examinatoribus donaverit, aut etiam promiserit.

Si examinandorum quisquam per se, vel interpositam personam dona, favoresve Examinatori promiserit, Episcopo statim denuntietur, et eumdem ad Ordines pro illa vice inhabilem decernat.

§ IV.

Ne examinatores quid interrogaturi sint, antea revelent, neque intersint examini cognatorum suorum.

Ea de quibus subituri examen interrogandi sunt, per se, vel per alios, directe aut indirecte, ne revelent: si quis eorum qui examinandi sunt, consanguineus, affinis, familiaris, familiaeve adiunctus alicuius examinatoris fuerit, examinator ille ne praesens quidem adsit, sed id Episcopo notum faciat, ut alius in eius locum vocetur.

§ V.

Suam sententiam nemini revelent.

Ne sententiam, quam in approbando, vel reprobando dicturi sunt ulli manifestent, sub poenis excommunicationis maioris ipso iure.

§ VI.

Tituli praecedentium Ordinum exhibeantur, ante quam quis ad Ordines subsequentes admittatur.

Ne quemquam ad examen subeundum admittant, nisi prius suscepti Ordinis titulum ab Episcopo, et Notario subscriptum sigillatumque exhibuerit.

§ VII.

Hactenus dicta Examinatores praestent in concursibus ad beneficia.

Quae omnia sub eisdem iuramento et censura, tunc quoque servare teneantur, cum de Episcopi mandato, aliquos ad beneficia obtinenda examinare contigerit.

N. B. Haec Decreta confirmata sunt in Conc. Mex. Prov. V, n. 632.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

Abiuratio, in Baptismo, 537—in confessione, 609—eius formula, 611.

Absentia, a loco adscriptionis vel residentiae, 368—quoad clericos, 378 seq.—quoad regulares, 383.

Abusus, in liturgia sacra, 487.

Abstinentia, 481—quoad indos, 485—translatio vel dispensatio, 469—(app. nn. 10 et 11).

Acatholicus, filius quoad Baptisma, 537—scholae, 77 seq.—(app. nn. 3 et 4).

Acolythus, 404, 405, 627—Adolescentes, 405 *v.* Ordines minores.

Adiudicatio, bonorum Ecclesiae, 785, 786.

Administratio, bonorum Ecclesiae, 208—Confraternitatum, 418, 420, 422.

Administratio, Sacramentorum, *v.* Sacramenta.

Adolescentes, qui pro acolythis inserviunt, eorum vestes, instructio, mores, 404—modestia, 405.

Adoratio, SS. Sacramenti fovenda, 553—Sacerdotum adorator. associatio, 322.

Adscriptio, clericor, 368 seqq.—clericor. extraneor. 376—Religiosor. 377, 383.

Adultus, quoad Baptisma, 537.

Adventus, et Quadragesima, quoad praedicationem, 18—quoad doctrinam christianam, 43—quoad ieiunium, 484.

Aedes parochiales, 776 seqq.—restaurandae, 777—expensae pro reparatione, 778—restaurationes conservandae, 780—mobilia, 781—novae paroeciae a quibus aedificandae, 783—quoad scholas, 784—quoad denuntiationem pro adiudicatione, 785—quoad adjudicationem, 786—fideliter custodiendae, 787.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Aedificatio, ecclesiarum, 761 seq.
Aedituus, *v.* Sacrista.
Aegrotus, eius visitatio, 284—quoad confessionem, 607 seqq.—quoad SS. Viaticum, 581 seqq.—quoad iterationem SS. Viatici, 590—quoad Extr. Unct., 616.
Aetas, pro admissione in Seminar., 100—pro prima Communione, 567.
Aggregatio, Confraternitatum, 416, 421.
Agnus Dei, cantus in Missa, 498.
Agros, excolere Parochis prohibetur, 286.
Alba, 444.
Alienatio, bonorum ecclesiasticor., 787—paramentor. 451.
Aloysius Gonzaga S., cultus in Seminario, 154.
Alumni, Theologiae quoad Sacram. frequent. 323, 324—Seminarii, *v.* Seminarium.
Altare, quoad erectionem, 432—quoad restaurationem, 767, 768—B. M. V. de Guadalupe, 435—privilegiatum, 700—Patroni vel Titularis, 431.
Amictus, 444.
Angelus Domini, generatim ea hora ecclesiae claudendae, 24.
Annuntiationis B. M. V., festum, 480.
Antiphona, SALVE REGINA, docenda, 43—in honor. B. M. V. de Guadalupe, 436.
Apostatae, quoad professionem fidei, 6.
Apostolatus Crucis, 392.
Apparitio B. M. V. de Guadalupe, 437 seqq.
Appellationes, 201, 799 (app. n. 20).
Approbatio, orationum publice recitandar., 406—praevia orationum funebr., 23—reliquiarum, 424, 426.
Archiepiscopus, *v.* Metropolita.
Architectus, pro aedificand. vel reparand. ecclesiis, 764 et 765.
Archivium, Curiae Episcopalis, 231—parochiale, 285.
Ascensionis D. N. I. C., festum, 480.
Associatio Sacerd. Adorat., 322—Mariani Rosarii, 391, Sacrae Familiae, 391—Charit. S. Vincent. a Paulo, 394.
Associationes, quaedam commendantur, 391 seqq. *v.* Sodalitas.
Assumptionis B. M. V., festum, 480.
Atrium ecclesiae, 762—quoad denuntiationem, 785.
Avaritia clericis fugienda, 330 seqq.
Ave Maria, cantus in Missa, 497.

B

Baptismus, materia, 528—fons baptismalis, 529, 530 (app. n. 20)—olea sacra pro aqua consecrat., 531—non differendus, 532—in casu necessitatis, 533, 535—sub conditione, 534, 537—ubi conferendus, 536—patrini, 538, 540—describendus in libro, 540—nomina imponenda, 541—caeremoniae supplendae, 542—iura parochialia, 751.
Baptisterium, 460.
Barba, clerici, 314.
Beata V. M. de Guadalupe, 434 seqq.
«*Becas*,» in Seminario, 96, 97, 98.
Benedictio, minister, 701—forma, 702—libri adhibendi, 703—coemeterii, 712, 717—SS. Imaginum, 430—cum SS. Sacramento, 499—mulieris post partum, 705, 753.
Benedictus, cantus in Missa, 498.
Beneficentia, clericorum, 331.
Beneficiati, quoad profess. fidei, 6—quoad superflua beneficii, 332.
Binatio Missae, 792, 793.
Biretum, 445.
Brevia et Rescripta, Indulgentiarum, 696.
Breviarium Romanum, 518—Supplementum pro Provincia, 521.
Bona, Confraternitatum, 418, 420—Ecclesiae, 208.
Bosco D., Oratorium festiv., 394.

C

Cadaverum, crematio, 710.
Caeremoniae, Bapt. suppl., 542—pro Exp. et Rep. SS. Sacramenti, 559—*v.* Liturgia Sacra—*v.* Magister caeremoniarum.
«*Café et Fonda*,» quoad clericos, 328.
Cancellarius, Curiae Episcopalis, 228, 229—munus ipsius, 230 seqq.—quoad facultates clericor., 380, 384.
Canonicus, Ecclesiar. Cathedral. quoad profess. fidei, 6—quoad assist. Episcop., 236, 237—quoad auxilium Episcopo praestandum, 238—quoad Episcopum aegrotantem, 239—habitum canonicalem quando deferre non potest, 248—Ecclesiae Collegiatae quoad assist. Episcopis debitam, 254 *v.* Capitulum.
Cantus, Gregorianus in ecclesiis, 489 seqq.—in scholis parochialibus, 504—in Seminario, 146—profani, 495, 501 populares, 478—in novendialib. Nativ. D. N. I. C., 479—Cantus permittendi in ecclesiis, 494—cantus prohibendi in ecclesiis, 496 seqq.—pii in lingua vernacula quando permittendi, 494—quando prohibentur, 493—ecclesiasticus quoad ordinandos, 627, 628—praescriptiones in choro affigendae, 503—Decreta S. Sedis, 509 *v.* Musica.
Capitulum, Eccl. Cath. quid, 234—munus quoad Episcopum, 235 seqq.—quoad Officium divinum, 242 seqq. iura et privilegia, 246 seqq.—Constitutiones seu statuta, 245—quoad pensionem pro Seminario, 729, 732.
ECCLESIAE COLLEGIATAE, 249 seqq.—Constitutiones

seu statuta, 253—quoad pensionem pro Seminario, 729.
Catalogus, clericorum habendus a Vicar. foraneo vel Paroco, 379.
Catechismus, textus adhibendus, 42—brevis P. Castaño, 43—a quibus docendus, 36, 43—a patribusfamilias, 38—famulorum, 39—quomodo addiscendus, 44—quomodo explicandus, 45, 46, 48—quando explicand., 47—in scholis parochialibus, 80—in scholis mediis et superioribus, 86—ab alumnis Seminarii tradendus, 137.
Catechismus Romanus, S. Pii V pro praedicatorib., 13.
Cathedralis Ecclesia, inservienda ab alumnis Seminarii, 94—norma aliarum ecclesiarum, 244.
Catinus, pro SS. Communione, 579.
Cauponae, quoad clericos, 328.
Causae, clericor., 798 (app. n. 19)—matrimoniales, 795, 796 (app. nn. 15, 16, 17)—impedimentor. facilis probationis, 797 (app. 18)—de rebus Const. Sacram. Poenit., 800 (app. n. 21)—appellationum, 799.
Censura, libror. 190 seqq. (app. n. 6.)
Censurae, Constitut. Apost. Sedis, 802—latae ab hoc Concilio, 691, 692.
Cerei, in Exp. SS. Sacram., 456.
Charitatis Associationes, Sancti Vincentii a Paulo, 393.
Chirurgia, studium quoad clericos, 360—exercitium quoad clericos, 359.
Choreae, quoad clericos, 342—in Novendialibus Nativitatis D. N. I. C., 479.
Chorus, in choro Eccles. affigantur dispositiones circa cantum et musicam, 503.
Cingulum, 444.
Circumcisionis D. N. I. C. festum, 480.
«*Circulos Católicos*,» 395.
Civilis, Magistratus quomodo cum eis agendum, 397 seqq. Matrimonium dictum civile, 689 seqq.
Clavis, tabernaculi, 453.
Clericus eius adscriptio, 368 seqq.—eius abstinentia, 325—avaritia eis fugienda, 330—eor. absentia a loco residentiae, 372 seqq.—extranei cler. admissio, 376—quoad barbam, 314—quoad comam, 314—quoad coronam, 313—eorum communes obligationes, 306 seqq.—comitas eor. cum fidelibus, 329—quoad coelibatum, 334—eorum cohabitatio cum mulierib. 335 colloquia cum mulierib., 338—concubinarius, 341—quoad collationes, 350, 351—eor. causae iudiciales, 798 (app. n. 19)—eor. devotio erga SS. Sacram., 320, 322—eor. domus habitationis, 339—quoad diversoria publica, 340 examen conscientiae, 321—quoad ebrietat., 326 seqq.—eor. familiarit. cum mulieribus, 336—eor. famae consulatur in causis crim., 345 loca ab eis non frequentanda, 342—quoad lect. librorum romanen. et prohibit. 343—quoad piam meditationem, 321—modestia in sacris functionibus, 405—mod. agendi in reb. politicis, 399—quoad civiles magistratus, 397 seqq.—quoad negotia secularia, 352 seqq.—obedientia, 347—eor. pietas, 315 seqq.—quoad paroeciam adscriptionis, 373—quoad publica spectacula, 342—quoad SS. Rosarium, 321—quoad residentiam, 363 seqq.—quoad spiritualia exercitia, 316 seqq.—quad sacrum recessum, 319—quoad frequentiam Sacramentor., 323, 324—quoad subsid. cognator., 331—quoad sublevat. pauper., 331, 332—quoad sensuum custod., 344—quoad studium scientiar., 349—vigilandi a Parochis, 374—quoad unionem cum Episcopo, 346—quoad vestes, 307 seqq.
Coemeteria, benedictio, 712, 717—veneranda, 713—cura, 714—civilia et saecularizata, 715—quaedam vitanda in eis, 716.
Cognati, clericorum cum eis cohabitatio, 335—beneficentia erga ipsos, 331.
Cohabitatio, clericorum et mulierum, 335.
Collationes, *v.* Conferentiae.
Collectae, eleemosynarum, 723 seqq.—a Regularibus, 726—pro Obolo S. Petri, 727.
Collegium, praeparator. pro civilibus professionibus, 103—Apostolic. Mission., 57.
Communio, prima puerorum, 563, seqq.—paschalis obligatio, 572—tempus adimpletionis, 573—locus, 574—pro infirmis, 576—*v.* Eucharistia, Viaticum.
Comoediae, 342.
Concilium, Provinciale quando celebrandum, 197 (app. n. 20) III Mexic. quoad vim obligandi, 805.
Concionator, missio canonica, 12—examen, 13—interpretat. SS. Scripturar., 19—qui verbum Dei profanare audent, 27—quid cavendum eis, 28—qui impares se reddunt, 14—brevitas eis commendatur, 30—alia quae eis commendantur, 31—documenta ab eis observanda, 32, 33 (app. n. 2 et n. 24).
Conciones, materia, 20 seqq.—qua hora habendae, 24—repraesentationes in eis, 26—panegyricae, 28—coram SS. Sacrament., 29—breves sint, 30—ab alumnis Theologiae in Semin., 155.
«*Congresos Católicos*,» 193, 194.
«*Conferencias*,» 23 (app. n. 2).
Conferentiae, a clero habendae, 270, 350, 351.
Confessarius, prudentia et cautelae cum mulieribus, 337—pro Seminario, 158, 171—quoad contritionem poeni-

tentium, 593—approbatio, 594—sollicitudo erga poenitentes, 596, 598.—quoad imponendam satisfactionem, 595—secreto loquatur, 599—ordinarius commendatur, 601—libertas fidelibus relinquenda, 601—erga aegrotos, 607—quoad indos, 606—cautela servanda cum mulieribus aegrotis, 613—assidui sint, 602—attestatio confessionis aegroti, 585—*v.* Confessio, Poenitentia.

Confessio, paschalis, 572, 573—pro Confirmatione, 543—pro Matrimonio, 677—locus pro ea excipienda, 600—frequentia curanda, 592—surdorum, 603—mulierum, 337, 604, 613—aegrotorum, 607 seqq.—indorum, 606—concubinariorum, 608—sectariorum, 609—eorum qui leges *de Reforma* servandas promiserunt, 610—occasione Confessionis nihil petendum, 750—*v.* Poenitentia.

Collare, clericorum, 403.

Confirmationis, Sacr., 543 seqq.

Confraternitates, laicales fovendae, 413—novarum institutio, 414—plures eiusdem generis, 415—aggregatio, 416, 421—translatio, 418—immutatio statutorum, 417—Director, 419—administratio eleemosynarum, 420—gratiarum et indulgentiarum publicatio, 422.

Coniugati, eorum habitatio in domib. parochialib., 287.

Coniugis, obitus quomodo probandus (app. n. 13).

Consanguinei, clericorum, 335.

Consensus, Capituli, 234, 235—deputatorum pro regimine vel administr. bonor. Seminarii, 109, 117, 126 (app. n. 5)—parentum pro matrimonio filior., 642, 643—Ordinarii pro institutione et alia Confraternitatum, 416.

Consessus, *v.* «Congresos Católicos.»

Constitutiones, Capitulor. Eccl. Cathedral., 245—Ecclesiae Collegiatae, 253—Universitatis Mexicanae, 142, 183, 184.

Consuetudines, retinendae vel eliminandae, 245, 806.

Contritio, 593.

Convivia, a clericis fugienda, 336.

Cor Iesu SS., cultus in Seminario, 154.

Corona, clericorum, 313.

Corporale, 444.

Corpus Christi, festum, 480—in Eccl. Cathedr., 408—in Eccl. Colleg., 408—quoad expositionem SS. Sacram., 557.

Crematio, cadaverum, 710.

Crucis SS., Reliquiae, 425—Apostolatus, 392.

Cultus, Reliquiarum, 423 seqq.—SS. Imaginum, 428 seqq. B. M. V. de Guadalupe, 434 seqq.—Patronor. Seminarii, 154—*v.* Caeremoniae, Liturgia.

Curam, animarum habentes, *v.* Parochi.

Curator, officium quoad clericos, 361.

Curia, Episcopalis, 228 seqq.

D

Decreta, huius Concilii, 803 seqq.

Defensor, Matrimonii (app. 15 et 16).

Defuncti, nomen inscribendum, 706—Exequiae, 707 seqq.

Deputationes, pro Seminarii regimine, 123 seqq.—pro administrat. bonor. tempor. Seminarii, 106 seqq.

Deputatus, pro scholis invigilandis, 68, 69, 89.

Diaconus, 323, 324, 629.

Dignitates, quoad profess. fidei, 6—quoad pensionem pro Seminario, 729, 732.

Dimissoriales, litterae, 624.

Dioecesis, visitatio quoad Metropolit., 200—quoad Episcopos, 217 seqq.

Director, Confrater., 419—spiritualis pro Semin., 169 seqq.

Directorium, pro Offic. et Missa sequend., 520—habeatur in Sacristia, 459—pro explicatione catechismi, 48

Dispensatio, a ieiunio et abstin., 469 (app. nn. 10, 11).

Dispersi, Regulares, 410.

Dispersio, Regularium, 410.

Doctrina, Christiana. *v.* Catechesis.

Domestici, quoad catechismum, 39—Parochorum. 288.

Domicilium, quoad Matrimonium, 644, 667—pro ordinandis, 625.

Dominicae, quoad praedicationem, 15—qui Missam in pagis celebrant praedicare tenentur, 17—quoad sanctificationem, 464, 465, 480—quoad annuntiationem festorum et aliorum, 468.

Domus, pro rectore eccl., 762—parochialis, *v.* Aedes parochiales—refugii pro mulieribus conversis, 389.

E

Ecclesia, separatio ab Statu, 399, 400.

